www.e-rara.ch

# Philippi Munckeri De Intercalatione Variarum Gentium, Et præsertim Romanorum, Libri quatuor ...

## Muncker, Philipp

## Lugduni Batavorum, M DC LXXX


## Zentralbibliothek Zürich


Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-49513

Liber III.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# LIBER III.

## Continens paralipomena & cognata quædam ad librum primum pertinentia; in primis autem dubia quædam atque controverſa.

### CAPUT I.

*An dies intercalaris proprie dicatur, an verò impropriè?*

AD hanc quæſtionem hæc habeo quæ reſpondeam. Propriè ſumere videtur diem intercalarem Andreas Alciatus comment. ff. L. *Cum Biſextus*, 98. quod ſcilicet ſit dies intercalatus ſeu clamando aliis diebus interponi ſolitus à Pontifice. Impropriè autem dici eum exiſtimat Joſephus Scaliger de Emend. temp. p. 629. per metaphoram nempe à carmine intercalari (poëtas Gallos ait *refranum* appellare à referendo, quod identidem referatur ſive re-

ve repetatur) qualia ſunt illa Virgilii, Ecloga VIII.

*Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.*

Nec non:

*Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.*

A Scaligero tamen in alia omnia diſcedit Philippus Beroaldus ad Suetonium vita Jul. c. 46. ubi ſcribit, carmen intercalare per metaphoram potius dictum eſſe à die intercalari: & hoc eſt quod etiam Gyraldus ſtatuit p. 45. Hadrianus interim Junius p. 58. & Scaliger in voce Græca ἐμβάλλειν, ut ſuperius dictum, agnoſcunt metaphoram à ſurculo in arborem inſito.

## Caput II.

### *An Chaldæi etiam intercalarint?*

UBbo Emmius operis ſui Chronologici pag. 19. ita ea de re obiter ſcribit: *Ex quadrantis collectione Chaldæi centeſimo viceſimo quoque anno menſem totum conficiunt & intercalant, annumque eum intercalarem faciunt menſium tredecim, dierum CCCXCV.*

## CAPUT III.

### *De intercalatione Ægyptiorum quid alii ſentiant?*

I. LIbro primo cap. 11. probavimus, Ægyptios intercalaſſe non tantum quinque dies, ſed etiam quadrantem: (id quod Paulus Eberus quoque p. 44. Bedam ſtatuere & narrare ſcribit; eos nempe quinto quoque anno incipiente diem unum prioribus quinque adjeciſſe.) Nunc his contraria ſentientes etiam in medium nobis producendi ſunt; ne ſcilicet alii horum opiniones nobis quaſi ignaris illicò objiciant.

II. Primò itaque nonnulli clamant, Ægyptios nihil omnino intercalaſſe, & *intercalationem omnem abominatos fuiſſe*; quæ verba ſunt τοῦ πάνυ Salmaſii noſtri ad Solinum, p. 553. Cujus aſſertionem etiam confirmat Ubbo Emmius opere ſuo Chronologico, p. 19. ubi *Anni*, inquit, *Ægyptii ſolares ſunt ex Chaldaicis ſine dubio derivati. Id enim ſolum diſcrimen habent ab illis, quod intercalatione careant.*

III.

III. Præterea, ipſos quadrantis intercalationem in ſpecie omiſiſſe, contendit, præter magnum Scaligerum Emend. temp. p. 189. idem Emmius loco prædicto, his verbis: *Anni Ægyptii omnes inter ſe pares ſunt, conſtantes ſinguli ſolidis diebus CCCLXV, omiſſo ac neglecto reſiduo diei quadrante. Unde caput anni Ægyptii vagum eſt, eundo in anteriora, ſine fine, totumque annum noſtrum & Zodiacum circulum perambulat. Quam ob cauſam non immeritò vagus annus à ſcriptoribus appellatur, cujus menſes, qui æſtivi fuerant, temporis circumactu, verni, hyberni, autumnales in orbem fiant. Orbis enim ille, id eſt, revolutio capitis vagi per totum annum noſtrum integrè conficitur, ſpacio annorum noſtrorum, quos Julianos appellamus*, MCCCLX, *Ægyptiorum vagorum* MCCCCLI. Erycius itidem Puteanus libello ſuo doctiſſimo de Biſſexto, c. v. *Ad Ægyptios venio; qui ut ſapientiſſimi fuêre, ita temporis non periti tantum, ſed religioſi. Annum his computatum menſibus* XII. τριακονθημέροις, *ſive tricenum dierum, Strabo ſcribit lib.* XVII. *qui dies ſunt trecenti ſexaginta. Quinos vero quotannis adjectos. Præterea verò quadrantis*

 *incre-*

*incrementum in novam anni formam, die circumducto, exuberaſſe. Cum igitur ordinarent tempora, quæ occupaturi eſſent, dies aliquot perire voluerunt. Quippe* ἐπαγόμεναι *tanquam temporis extorres, imo tanquam non eſſent, habitæ; adeoque & ab anno remotæ, quamvis menſem complerent; & à menſe, quamvis hic opus eſſet, ut ad novum annum veniretur. Breviter, dies non dies erant: quia* ἐπαγόμεναι*: ſic inſtitutæ aliquando, ut procul laboribus, negotiis, curis, lætæ, feſtæ, feriæ fierent; ſic uſurpatæ deinceps, ut in voluptates, ſordes, fæces deficerent; à ſapientia ad ſtultitiam traducerentur.* Et mox: *Annus ſic quidem* ἐπαγομέναις *ſuis, diebus non ſuis completus eſt, cum pari religione quadrans negligeretur. Neglectus autem, ut novo & magno temporis arcano Annus ille Magnus* (de annis magnis optime Gyraldus p. 15. & Hadrianus Junius p. 13. & Lalamantius p. 15.) *Ægyptiorum, ille* κυνικὸς, *ille* ἡλιακὸς, *imo ille* θεοῦ *conderetur. Sanè Reges ſuos, ſolemniter inaugurandos, Hierophantæ obſtringebant, ne veterem anni formam nova intercalatione perturbarent. Scholiaſtæ verba ad Germanici Aratea hic repetenda, in*

*Olym-*

*Olympiadibus meis annotata:* Deducitur
„ autem Rex à Sacerdote Iſidis in locum
„ qui vocatur Adytos, & jure jurando
„ adigitur, neque menſem, neque diem
„ intercalandum, quem in feſtum diem
„ immutarent; ſed trecentos ſexaginta
„ dies peracturos, ſicut inſtitutum eſt ab
„ antiquis. (Etiam Scaliger habet p. 296.)
*Hoc defectu (an defectu?) quia quadrienium unum uno die minus erat, aliud annus principium, reducto termino, capiebat, & ſe totum totus retrorſum tandem emetiebatur. Nullus igitur toto ſpatio dies erat, qui non aliquando principium fieret. Tot omnino principia, quot dies; tot quadriennia, quot principia numerata. Hanc unam potiſſimum ob cauſam, ut ſi vagus annus eſſet, feſta quoque fierent, & peculiari per omnes tempeſtates religione circumducerentur. Videndus eſt Geminus in Iſagoge:* οἱ μὲν Αἰγύπτιοι, &c. Ægyptii
„ quidem (contra quam Græci) ſacrifi-
„ cia volunt Diis fieri, non ſecundum
„ idem tempus anni; ſed per omnes an-
„ ni quadrantes circumire; ut idem fe-
„ ſtum nunc æſtivum ſit, nunc hyber-
„ num, nunc autumnale. *Rationem ſimul anni exponens, neglecti quadrantis*

 *non*

*non aliam fuiſſe cauſam aſſerit, quam ut laxatis tempori habenis, dies omnes Deorum omnium religionem cultumque reciperent, novum ſemper; quia luce variatum.* Capite etiam ſequenti VI idem probat ex Cenſorino cap. 18. *Ægyptiorum annus civilis ſolos habet dies trecentos ſexaginta quinque, ſine ullo intercalari. Itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus eſt, quam naturale quadriennium: eoque fit ut anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo ad idem revolvatur principium.* Idem probat & confirmat etiam Leo Allatius de tempore p. 174. Sed Marshamus p. 237. perquam ingenioſe non ſolum ſuſpicatur, quadrantis adjectionem inferioris ævi eſſe; ſed etiam omiſſionis illius cauſam fuiſſe hanc: *Quinque* ἐπαγόμεναι *habebantur, Quinque deorum natales: ſi accederet Sexta, cujus dei* γενέθλιον *celebrarent?*

IV. Annum hunc Ægyptium tam vagum, ſtitit tandem Auguſtus Cæſar, conſulatu ſuo quarto, anno U. C. DCCCXXIII. anno Juliano (quemadmodum Scaliger notavit) XVI. cum menſis ipſorum Θὼθ in quartum Cal. Septembris incideret. Deinceps ergo ἐπαγόμεναι nonum, octavum,

vum, ſeptimum, ſextum, quintum Cal. Sept. conſtanter obtinuerunt.

V. Et de hac Auguſti mutatione ſine dubio (ſaltem ſecundum horum opinionem) intelligenda ſunt verba Macrobii lib. 1. Sat. cap. xv. *Ægyptii menſes tricenum dierum omnes habent: eoque duodecim menſibus, id eſt, diebus* CCCLX *exactis, inter Auguſtum atque Septembrem reliquos quinque anno ſuo reddunt: adnectentes quarto quoque anno intercalarem diem, qui ex quadrantibus conſit.* Ille autem dies intercalaris quarto quolibet anno, addebatur ἐπαγομέναις, quæ poſt menſem Auguſtum inſerebantur. Tali itaque anno ſex erant Epagomenæ.

VI. Quid ergo? Ægyptii planè nihil intercalarunt, ſecundum Cenſorinum, Scaligerum, Emmium: quinque tantum dies intercalarunt, ſecundum Herodotum, Diodorum Siculum, Strabonem & Macrobium: quadrantem etiam intercalarunt, ſecundum Horum, Diodorum Siculum, Strabonem, Macrobium & Scaligerum, p. 195. Hadrianum Junium p. 12. & Gyraldum p. 46. Eundem verò neglexerunt & non intercalarunt ſecundum eundem Scaligerum, p.

18. &

18. & Lalamantium p. 27. & Puteanum, ut modo vidimus. Conciliet inter ſe has contradictiones qui poteſt. Ego non poſſum. Marshamum hujuſmodi aliquid, quanquam ſine aliorum auctoritate, per diſtinctionem tentare video p. 237. *Duplex*, ait, *itaque fuit Anni modus apud Ægyptios: alter Civilis vel Sacer, conſtans ex diebus 365, abſque aliqua horarum adjectione; qui Ægyptiacus dicitur & Sothiacus, vel Canicularis dici poteſt, quia ad Caniculæ curſum conſtituitur. Alter Naturalis eſt, & diebus 365, quartam diei partem addit: qui Thebanus appellari poteſt; & Heliacus, quia ad curſum Solis formatur. Ad hujus exemplar C. Julius Cæſar annum Romanum emendavit.*

VII. Illuſtris Scaliger Emend. Temp. p. 195 ita ſcribit: *Ægyptiorum menſis primus Thoth incipiebat ab ortu caniculæ, ſole in Leonem tranſeunte, novilunio. Et quamvis Thoth laxis habenis in anteriora fugeret, tamen quarto quoque anno diem intercalabant, ut teſtatur Diodorus Siculus lib. 1. cum de Thebanis Ægypti loquitur.* At verò ſi ipſum Diodorum inſpicias, non quarto quoque anno diem in-

intercalarem, ſed quotannis poſt duodecimum menſem quinque dies cum quadrante ab Ægyptiis iſtis intercalatos fuiſſe reperies. Verba Diodori, p. 46. Edit. Rhodomanianæ ita habent: οἱ δὲ Θηβαῖοι φασὶν ἑαυτοὺς ἀρχαιοτάτους εἶναι πάντων ἀνθρώπων, καὶ παρ᾽ αὐτοῖς πρώτοις φιλοσοφίαν τε εὑρῆσθαι, καὶ τὴν ἐπ᾽ ἀκριβὲς ἀστρολογίαν. ἅμα καὶ τῆς χώρας αὐτοῖς συνεργούσης πρὸς τὸ τηλαυγέστερον ὁρᾶν τὰς ἐπιτολὰς καὶ δύσεις τῶν ἄστρων. Ἰδίως δὲ καὶ τὰ περὶ τοὺς μῆνας αὐτοῖς καὶ τοὺς ἐνιαυτοὺς διατετάχθαι. τὰς γὰρ ἡμέρας οὐκ ἄγουσι κατὰ σελήνην, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἥλιον, τριακονθημέρους τιθέμενοι τοὺς μῆνας, πέντε δ᾽ ἡμέρας καὶ τέταρτον τοῖς δώδεκα μησὶν ἐπάγουσι καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἀναπληροῦσιν. Ἐμβολίμους δὲ μῆνας οὐκ ἄγουσιν, οὐδ᾽ ἡμέρας ὑφαιροῦσι καθάπερ οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων. (Vide ſuperius lib. 1. cap. 11.) Ubi, quæſo, hic dicitur, quarto quoque anno intercalarem fuiſſe diem? Nuſpiam, niſi parum proſpiciunt oculi. Fortè ergo in animo habuit, cum hæc ſcriberet, vir maximus Horum ſuum Apollinem, qui ita lib. 1. cap. VI. Ὅθεν καὶ διὰ τετραετηρίδας περιττὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν Αἰγύπτιοι. τὰ δὲ τέτταρα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει. Hoc eſt: *Unde & quarto quoque anno ſupervacuum diem*

*diem computant atque intercalant Æ-gyptii. Quatuor ſiquidem diei quadrantes diem perficiunt.*

VII. Summa omnium hactenus dictorum, ſecundum Marshamum, huc redit: Ægyptii olim in anno ſuo tantum habuerunt dies 360. deinde Mercurius addidit dies 5. & quadrantem. Quadrantis autem quia multi non meminerunt poſt quinque dies adjectos, illius adjectio videtur nonnullis inferioris ævi eſſe. Denique, Sacerdotes licet ſcirent & neceſſariam eſſe viderent quadrantis adjectionem, tamen illam in anno ſacro non admittebant ob religionem, ut dictum eſt.

## CAPUT IV.

### *De intercalatione Hebræorum quid alii tradant?*

I. Paulus Eberus p. 32 hæc notat de anno Hebræorum, Græcorum & Romanorum ante Julium.

*Aliæ gentes & lunæ motus, & ſolis in Zodiaco rationem habuerunt, & uſæ ſunt menſibus lunaribus duodecim, cavis & ple-*

*nis*

*nis, ut de Arabibus dictum eſt inæquali dierum numero, ex quibus cum tantum trecenti quinquaginta quatuor dies colligerentur, ut tamen curriculum ſolis annuum explerent, undecim dies neceſſario addiderunt, quos Epactas vocaverunt, & reſervarunt tam diu, donec ex iis unus menſis conſtitueretur, quem poſtea fini illius anni inſerebant, qui propter additum decimum tertium menſem, continebat dies trecentos octoginta quatuor, & vocabatur ἐμβολιμαῖος, ſicut ipſe menſis ἐμβόλιμος appellabatur: hic menſis inſertus efficiebat, ut initium primi menſis denuo congrueret cum ſuo termino, hoc eſt, cum æquinoctio vel ſolſtitio, à quo, propter omiſſos ter undecim dies, tranſierat principium menſis vel anni in alia tempora.*

*Sed quia etiam quadrantes diei, hoc eſt, ſex horæ, quas ſol trecentis ſexaginta quinque diebus quotannis addit, omittebantur, propter quem defectum accidebat, ut novilunia cum primis diebus menſium non congruerent, fuit opus altera intercalatione, quo quinto quoque anno unus dies reliquis trecentis quinquaginta quatuor inſerebatur, ut nunc ſolet fieri ad explendum annum ſolarem, ut maneant æquino-*

*ctia*

*ctia & ſolſtitia in iiſdem quaſi veſtigiis. Ita illi hunc diem ex quatuor collectum quadrantibus diei, quinto quoque anno ultimo menſi inſerebant, ut novilunia in primos dies menſis ſemper incurrerent.*

*Hoc genere annorum antiquiſſimi patres etiam ante diluvium (quod ex hiſtoria Nohæ certo colligitur) poſtea ipſorum poſteri, Judæi, ſemper uſi ſunt, unde eadem anni ratio proprogata eſt per vicinas gentes ad Græcos quoque, à quibus eum Romani mutuati diu uſurparunt, donec ut nimis operoſam, & malitia Pontificum corruptam & conturbatam, neglecta diutius aut intempeſtive uſurpata intercalatione, Julius Cæſar correxit, & mutavit in hanc anni formam, quæ in hodiernum uſque diem durat.*

*Inchoarunt autem Ebræi annum ſuum ab æquinoctio verno, ſicut Athenienſes à ſolſtitio æſtivo, Romani à brumà; ea ratione, ut novilunium, quod proximum eſſet his terminis, initium primi menſis anni afferret. Sed illa tot dierum omiſſio, duobus plerumque annis facta, initia menſium procul ultra ſuos conſuetos terminos abſtrahebat, ita ut fixi & certi eſſe menſes non poſſent, in tali anno, coagmentato ex lunæ & ſo-*

*& ſolis periodis. Ut exempli cauſa ſi initium primi menſis, ſeu primum novilunium Ebræorum aliquo anno fuiſſet in die æquinoctiali, qui fuit olim vigeſimus quintus Martii, anno proximo, propter omiſſos undecim dies, cedebat in decimum quartum, & ſequenti anno, propter omiſſos alteros undecim dies, in tertium diem Martii aſcendebat. Tertio anno, etſi ex ter collectis undecim diebus menſis unus, conſtans ex triginta diebus, intercalabatur, tamen reſervati tres dies efficiebant, ut adhuc triduo ante æquinoctium primus menſis anni inchoaretur, nec rediret ad ſuum terminum, ante octavum annum. Propter hanc inſtabilitatem fieri non poteſt, ut menſes Ebræorum & Græcorum ita aptentur ad menſes Juliani anni, qui fixi ſunt, ut dies diebus præciſe reſpondeant. Contentos igitur nos eſſe decet, ſi utcunque menſes menſibus ita congruant, ut aliquo modo æſtimare liceat, quod tempus anni illud fuerit, quo res geſta eſſe ſcribitur*, &c. Sic Eberus: ſed ſine dubio inſigniter nos fallit; uti omnes illi ſolent, qui multos ſimul parietes de una eademque dealbare conantur fidelia. Non enim de nihilo eſt, quod tam diver-

ſa de ſingulis iſtis populis ſuperius relata audivimus.

II. Gyraldus de annis & menſibus p. 47. propius rem tangit, dum inquit: *Hebræi cum annum ad lunæ curſum habeant, tertio quoque anno menſem intercalant & XIII menſium annum conſtituunt, addito ſcilicet intercalari menſe poſt Adar, quem nos Februarium appellamus, qui Veadar dicitur ab eis, quaſi tu dicas, & Adar, hoc eſt, & Februarius. Non me præterit, apud antiquos Hebræorum patres aliam fuiſſe emboliſmi rationem ab hac longe diverſam, quam ideo miſſam facimus, ut ad Græcam & noſtram properemus.*

III. Lalamantius p. 63. non minus in alia omnia diſcedens, ita ſcribit: *Hebræi ſecundum lunæ curſum annos ſuos dirigunt, ita tamen ut Solaris etiam curſus rationem habeant. Nam quanquam ſinguli illorum menſes alternatim pares quidem viginti novem, impares dies triginta capiant; inter Adar tamen & Niſan tertio quoque anno intercalant menſem unum dierum triginta trium; non alia ratione, quam ut illorum annus ad curſum Solis etiam congruat.* Et mox p. 87. *Menſis porro Embolimus anonymus eſt, & conflatur*

*flatur ex ter undecim diebus triennii. Nam ſinguli anni quia Lunares ſunt & breviores diebus undecim, ut qui ſinguli diebus tantum trecentis quinquaginta quatuor conſtent, & ter undecim triginta tria conflant.* In margine addit: *Sunt tamen qui menſem Embolemæum Veadar, q. d. alterum Adar, vocari dicant.* Conf. Scal. p. 130.

IV. Jacobus Pino, Senator Pariſienſis, poſt carmen ſuum de anno Romano, ita ſcribit p. 4.

„ Hebræorum menſes lunares fuerunt,
„ & incipiebant à novilunio: fuitque il-
„ lis annus duplex: Vulgaris & Sacer.
„ Vulgarem quidem incipiebant à luna-
„ tione menſis, qui poſtea dictus eſt Ti-
„ zri, qui nobis eſt September, circa æ-
„ quinoctium autumnale. Legalem ve-
„ ro, poſtquam redierunt ab Ægypto,
„ inceperunt ex præcepto divino ob fe-
„ ſtivitates à lunatione menſis, qui poſtea
„ dictus eſt Niſan, qui nobis eſt Martius,
„ circa æquinoctium vernum. Non de-
„ ſunt tamen viri doctiſſimi, qui putant
„ Judæos non prius habuiſſe annum lu-
„ narem, quam quum regnante Joachim
„ Rege Juda, tributarii facti ſunt Chal-

„ dæis ſub Nabopollaſaro magni Nabu-
„ chodonoſoris patre: idque conjiciunt
„ ex eo, quod nomina menſium Hæ-
„ bræorum ſint Chaldaica: unde in-
„ nuunt eos annum Chaldæorum aſſum-
„ pſiſſe, quo tempore Chaldæis ſubditi
„ fuerunt. Deinde ex Gen. cap. 7. & 8.
„ unde colligunt eorum menſes 30. die-
„ rum fuiſſe, cui numero non reſpondet
„ curſus lunaris. Ajunt enim ex illis lo-
„ cis conſtare diluvium cepiſſe die 17.
„ menſis ſecundi. Deinde poſtquam in-
„ valuerunt aquæ ſuper terram 150. die-
„ bus, arcam die 17. menſis 7. in monti-
„ bus Armeniæ conſediſſe. Qui dies 150.
„ per 30. diviſi reliquunt 5. menſes exa-
„ ctos triginta dierum. Item ex lib. 1.
„ Reg. cap. 4. ubi fit mentio de 12. præ-
„ fectis regiæ annonæ, cui ſinguli ſingu-
„ lis menſibus præerant. Et lib. 1. Para-
„ lip. cap. 27. ubi pariter 12. præfecti
„ Davidis totidem menſibus viciſſim
„ cum ſuis cohortibus Regi miniſtra-
„ bant. Quod ſi menſes lunares fuiſſent,
„ neceſſe fuiſſet menſi embolimæo ſeu
„ intercalari aliquem præficere: de quo
„ tamen menſe nulla ibi nec in ullis aliis
„ ſcripturæ locis fit mentio. Sed illa qui-
„ dem

„ dem argumenta (pace tantorum viro-
„ rum dixerim) mihi parum firma eſſe
„ videntur. Quod enim nomina men-
„ ſium Hebræorum ſint Chaldaica, con-
„ jectura quidem eſt, Hebræos illa à
„ Chaldæis accepiſſe; non tamen neceſ-
„ ſaria: potuerunt enim Chaldæi ea ab
„ ipſis olim Hebræis accepiſſe, quando-
„ quidem Chaldaica lingua ab Hebraica
„ originem traxit: & Chaldææ regio pa-
„ tria fuit Abrahami Hebræi, & fratrum
„ ejus, ut ex Gen. cap. 11. ſatis liquet: &
„ quanquam ea nomina à Chaldæis ac-
„ cepiſſent, idcirco eos lunarem annum
„ antea non habuiſſe, nulla cogit ratio.
„ Quod autem afferunt de numero die-
„ rum 150. à 17. menſis ſecundi ad 17.
„ menſis 7. fefellit eos Caſtalionis verſio
„ ab eccleſia exploſa: qua quidem per-
„ peram ſcripſit Caſtalio, arcam quie-
„ viſſe in montibus Ararat die 17. menſis
„ 7. cum ex adverſo B. Hieronymi tra-
„ ductio ex Hebræo facta, verſio 70. in-
„ terpretum & Paraphraſis Chaldaica
„ oſtendant, non in die 17. menſis 7. ſed
„ 27. ejuſdem menſis arcam conſtitiſſe.
„ Neque hoc vitio librariorum tribui
„ poteſt, cum trium idiomatum fiat in

„ ea re concurſus, atque conſenſio, ſit-
„ que error tantum in eo quod in editio-
„ ne 70. ſcriptum eſt cœpiſſe diluvium
„ die 27. menſis, cum ex Hebraica &
„ Chaldaica lectione conſtet illud cœpiſ-
„ ſe die 17. menſis 2. ut etiam illi affir-
„ mant. Itaque, ſi, ut illi ajunt, die 151.
„ in montibus arca conquievit, cum ſit
„ certiſſimum, eam 27 menſis 7. conſe-
„ diſſe, poſtquam à die 17. menſis 2. a-
„ quæ operuerant terram, detrahendi
„ ſunt decem dies ex numero 150. ut re-
„ linquantur pro quinque menſibus 140.
„ dies tantum, qui per 5. diviſi conſti-
„ tuunt ſingulos menſes 28. dierum dun-
„ taxat. Sed interim tamen (quod viri
„ illi eruditiſſimi non adverterunt) nu-
„ merum triginta dierum in illis menſi-
„ bus defendere poterat textus ratio;
„ non enim ſcriptum eſt, ut illi aſſeve-
„ rant, arcam die primo poſt 150. dies
„ conſediſſe, ſed aquas minui cœpiſſe. Ita
„ ut 27. menſis, 10. ſcilicet die poſt 150.
„ dies arca conſtiterit. Et ſane cum 15.
„ cubitorum altitudine aquæ montes
„ excelſiſſimos ſuperarent, vix credere
„ dignum eſt tantas congregationes a-
„ quarum tam brevi momento effluxiſ-
„ ſe,

„ ſe,ut eodem ipſo die quo minui cœpe-
„ rant, in montibus arca conquieverit.
„ Sed potius die 10. quippe cum non ni-
„ ſi poſt 7. menſes ab eo die terra exſic-
„ cata fuerit. Sed eſto menſes Hebræo-
„ rum tunc temporis fuiſſe 30. dierum:
„ ergo nullam lunaris anni formam ha-
„ buiſſe non ſequitur, cum Græcorum
„ menſes τριακονθήμεροι hoc eſt, 30. die-
„ rum diu fuerint: cum tamen conſtet,
„ eorum annum fuiſſe lunarem. Exiſti-
„ mabant enim veteres, lunæ curſum
„ confici 30. dierum ſpatio. Sed poſtea
„ ἐπαγομένας ſuas, id eſt, dies adjectitios,
„ ſeu intercalares ad ſolis & lunæ ratio-
„ nes accommodarunt, ut poſtea dice-
„ tur. Quod vero attinet ad 12. præfe-
„ ctos Davidis & Salomonis, qui viciſ-
„ ſim ſuis menſibus præerant, nihil ob-
„ ſtat, quo minus ſervato viciſſitudinis
„ ordine,unus ex illis 12. præfectis men-
„ ſi embolimæo, quem lunaris curſus de-
„ ſiderabat, præeſſet. Cum enim annus
„ communis lunaris duodecim tantum
„ menſibus conſtet, non fuit opus deci-
„ mum tertium præfectum inſtituere, ut
„ menſi embolimæo, qui poſt triennium
„ tantum occurrebat præficeretur. Sed

„ quod menſes Hebræorum lunares fue-
„ rint Moſis temporibus, colligitur ex
„ textu ipſius Moſis Deuter. cap. 21.
„ verſ. 13. ubi *jareach*, quod vulgo lu-
„ nam ſignificat, pro menſe poſuit, ut ex
„ utraque verſione tam ſeptuaginta in-
„ terpretum, quam B. Hieronymi pa-
„ tet: qui quidem quod Moſes lunam
„ dixerat, menſem verterunt. Quod in
„ multis etiam aliis ſcripturæ locis repe-
„ ritur, ut apud Zachariam cap. 11. verſ.
„ 8. 1. Reg. cap. 5. verſ. 37. & 38. & cap.
„ 8. ejuſdem libri verſ. 2. Idem quoque
„ obſervatum ante Davidis tempora ip-
„ ſe David teſtatur Pſalmo 80. ubi de
„ feſto tubarum loquens, quod primo
„ die menſis ſeptimi celebrabatur, ut
„ ſcriptum eſt Levit. cap. 23. & Num.
„ cap. 29. appellat eum diem novilu-
„ nium tubarum, his verbis *thichou ba-*
„ *chodeſch*, quæ verba 70. Interpretes
„ verterunt σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγ-
„ γι, id eſt, *buccinate in neomenia tuba*:
„ vel ut vertit D. Hieronymus ex He-
„ bræo, quod idem eſt, *clangite in neo-*
„ *menia buccina*. Neomenia autem Græ-
„ cè novilunium ſignificat, ſicque etiam
„ à Latinis uſurpatur. Joſephus quoque

„ Ju-

„ Judæus, qui temporibus Apoſtolorum
„ vixit, & cujus ſcripta demonſtrant
„ eum de genere Sacerdotum fuiſſe, &
„ apprime verſatum in traditionibus ve-
„ terum Hebræorum, anni lunaris for-
„ mam ad tempus Moſis retulit, cum ait
„ lib. 3. Antiquit. cap. 10. Legis præ-
„ ceptum eſſe ut quarta decima luna pri-
„ mi menſis immolaretur Paſcha. Atque
„ eo ritu legem obſervatam fuiſſe, mani-
„ feſtum eſt ex lib. 3. Eſdræ cap. 1. ubi
„ ait Joſiam immolaſſe Paſcha in Hiero-
„ ſolyma quarta decima luna primi men-
„ ſis; & ex Eccleſiaſt. cap. 43. ubi Jeſus
„ filius Sirac ait: *A luna ſignum feſtivi-*
„ *tatis; luminare quod minuitur in con-*
„ *ſummatione. Menſis ſecundum nomen*
„ *ejus eſt creſcens mirabiliter in conſum-*
„ *mationem.* Et licet Moſes cum de Pa-
„ ſchate locutus eſt, non dixerit *decima*
„ *quarta luna*: id tamen ſignificavit, quan-
„ do *decimum quartum diem*, quod idem
„ erat, expreſſit. Nec enim ei opus fuit
„ apud populares ſuos in re notiſſima a-
„ lia deſignatione uti. Quo vero tempo-
„ re cyclum ſuum, quo nunc utuntur,
„ ordinarint, menſemque Veadar in-
„ tercalarem inſtituerint, non ſatis ex

„ eorum ſcriptis liquet. Sed veriſimile
„ eſt Moſem divino ſpiritu afflatum o-
„ mniqueſapientia præditum, à quo Æ-
„ gyptii, & ab iis Græci literas didice-
„ runt, aſtrorum motus non ignoraſſe, &
„ ad Solis & Lunæ rationes direxiſſe an-
„ num, qui tot diebus ſacris & myſticis à
„ Deo ſtatis & indictis deſignatus eſſet.
„ Et licet de Embolimæo menſe Scriptu-
„ ra mentionem non faciat, nobis tamen,
„ ſi æqui ejus interpretes eſſe volumus,
„ conjiciendum relinquit. Si enim apud
„ illos lunares menſes fuiſſent ſine ullo
„ intercalari,contigiſſet ſæpiſſime,ut me-
„ dia hyeme Paſcha occurreret. Quod
„ ſi accidiſſet, quomodo in menſe nova-
„ rum frugum Paſcha celebrarent, ut
„ Exod. cap. 13. & Deuter. cap. 16. præ-
„ ceptum erat? Et quomodo Paſchali
„ tempore novarum frugum manipulos
„ offerrent, ut Levit. cap. 23. fuerat edi-
„ ctum? Neceſſe fuit igitur poſt trien-
„ nium, vel forte etiam quandoque
„ poſt biennium, menſem intercala-
„ rem adjicere, ut ad curſum ſolis,
„ ad quem tempeſtates anni dirigun-
„ tur, lunaris annus reduceretur. Quem
„ vero cyclum temporibus Moſis habue-
„ rint

„ rint ad eam æquationem faciendam,
„ plane ignoratur. Johannes quidem
„ Lalamantius doctiſſimus Medicus in
„ libro de anno exterarum gentium exi-
„ ſtimat menſem intercalarem Hebræo-
„ rum fuiſſe dierum triginta trium: &
„ tertio quoque anno celebratum: ut-
„ pote conflatum ex ter undecim die-
„ bus, quibus tres anni ſolares totidem
„ lunares annos fere ſuperant: qualem
„ etiam menſem intercalarem apud Per-
„ ſas & Arabes fuiſſe ſcribit, nec non ali-
„ quamdiu apud Græcos, ut probat ex
„ Libanio interprete in orationem De-
„ moſthenis contra Androtionem. Quæ
„ quidem ſententia mihi probabilior vi-
„ detur, cum ſolis exceſſus ſupra lunam
„ eo fere recidat, ut ſupra numero ſexto
„ expoſuimus. Conſtat autem Judæos
„ multis abhinc ſeculis cyclum noven-
„ decim annorum uſurpaſſe ſimilem fer-
„ me noſtro lunari cyclo Dionyſiano, de
„ quo poſtea dicetur: quo quidem ſpatio
„ ſepties menſem Veadar intercalarem
„ adjiciunt, ut patet ex eorum Calenda-
„ rio. Hactenus præſtantiſſimus Pino;
qui etiam ibidem p. 39. feliciſſima qua-
dam & mihi in hunc diem inaudita (in-
deque

deque mihi digniſſima viſa, quam huc obiter tranſcriberem, diſtinctione ſolvit quæſtionem illam graviſſimam, an Chriſtus eodem die cum Judæis celebrarit ultimum ſuum Paſcha. Ita autem philoſophatur: *Quod autem objicitur, Chriſtum non eodem die quo Judæi, ſed in paraſceve Paſchæ & antefeſto, Paſcha celebraſſe: verum eſt Judæos Paſcha celebraſſe poſtridie dominicæ paſſionis: ſed duplex erat Paſcha à lege introductum, ut notavit Scaliger* (apud quem ego tamen non niſi cœnam Paſchalem duplicem p. 571 reperire potui.) *lib.6. de Emend. temp. Primum, quo immolabatur & manducabatur agnus Paſchalis per familias & in privatis ædibus, quod die* 14. *primi menſis fiebat: & illud quidem Chriſtus atque ipſi etiam Judæi illo ipſo die celebrarunt, ut ex Marci cap.* 14. *elici poteſt ex his verbis:* Et primo die azymorum quando Paſcha immolabant, diſcipuli dixerunt ei: quo vis eamus & paremus & manducemus Paſcha? *Et ex Lucæ* 22. *his verbis*: Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. *Ex quibus verbis palam eſt, jam ſole occaſo, & incepto die, Judæis jam immolare Paſcha incipientibus, id ſciſcitatos*

*eſſe*

*eſſe ex Chriſto, & horam jam feſtinandi neceſſitatem imponere. Alterum Paſcha erat, quod 15. die primi menſis, qui olim primus dies azymorum erat, celebrabatur in templo: ibique non unus agnus, ſed juvenci duo cum ariete & ſeptem agnis & hœdo offerebantur, ut probatur ex Lev. 23. & Deut. 16. Ex quibus locis, modo ſimul perlegantur, tota res facile eluceſcit, paretque, utrumque dici Paſcha, utrumque immolari, utrumque manducari. Differre tamen tempore ſeu die, loco, numero & qualitate hoſtiarum; differre etiam diei qualitate. Prior enim dies, quo immolabatur agnus, non erat feſtivus, ut poſterior. Quocirca priore inclinante fiebat paraſceve ſeu præparatio eorum, quæ ad victum & ſacrificia Paſchatis craſtini pertinebant. Et de hoc ſecundo Paſchate intellexit Johannes, cum de paraſceve Paſchæ non ſemel locutus eſt; & cum dixit, Judæos non introiſſe in prætorium, ne contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha: quod quidem quia eo anno in ſabbatum incurrebat, propterea dixit magnum illud eſſe ſabbatum, utpote ſabbatum duplex, quia feſta ſolemnia dicebantur quoque ſabbata, quemadmodum ſeptimus quiſque dies.*

V. Mar-

V. Marshamus in Canone ſuo chronico p. 182 & ſeqq. multa recenſet ad hanc rem facientia; quæ omnia nihilominus, in gratiam eorum, qui Canonem iſtum forte ad manum non habebunt, huc tránsferre non pigebit. *Prima*, inquit ille, *libri populi conſtitutio fuit Anni ordinatio. Iſraelitæ, quamdiu in Ægypto commorati ſunt, non aliam habuerunt Anni formam, quam qua uſi ſunt ipſi Ægyptii. Sub Exitu, qui fuit menſe ſeptimo, ſive Niſan, datum eſt mandatum hoc* (*Exod.* 12. 2.) Hic menſis vobis erit principium menſium. Primus ille ſit vobis inter menſes anni. *Thoth primus eſt Ægyptiorum menſis, qui reſpondet Ebræorum Tiſri. Moſes caput anni ex Autumnali mutavit in vernum: Niſan æquinoctio verno proximus. De innovatione iſta egregius eſt Joſephi locus. Dicit* (*Antiq. l.* 1. *c.* 4. *p.* 9. *c.*) Menſem Secundum à Macedonibus Dium, ab Ebræis Marſvan dici. Ita enim Ægyptii annum conſtituerant. Moſes autem fecit Niſan, qui eſt Xanthicus, primum menſem, ob feſta, quod eo menſe eduxiſſet Ebræos ex Ægypto, eundemque etiam omnium quæ ad rem divinam pertinerent exordium

dium conſtituit: Alioqui, quod ad rerum venalium nundinationes, actuſque alios civiles attinet, τὸν πρῶτον κόσμον διεφύλαξε, priſtinum decorem ſervavit. *πρῶτος κόσμος eſt æquabilitas anni Ægyptiaci, qui* XII *habuit æquales tricenum dierum menſes, id eſt, dies* 360. *Nondum enim Ægyptii anno addiderant* V *dies ἐπαγομένας. Duplex itaque, ab Exodi tempore, fuit Ebræorum annus; alius Civilis, alius Sacer.* Civilis, *quo in contractibus, pactis, nuptiis, & id genus aliis uſi ſunt, æquabilis fuit, & plenas habuit dierum triginta menſes; neque in eo Luna locum habuit: ejus initium Thoth ſive Tiſri, id eſt, ab Autumno, fuit. Annus* Sacer, *ſive* Moſaicus, *fuit Lunaris, & inæqualis. Menſis Lunaris (ſive Synodicus Lunæ à coitu ad coitum motus) dies facit* 29, *horas* 12, *& majorem horæ partem; adeo ut annus Lunaris habeat dies* 354, *& horas fere novem. Ebræi autem menſes ſacros, non à Luminarium coitu, ſed à viſione Lunæ inſtituebant. Tempus viſionis incertum fuit; cum Luna novella ſæpe triduo videri non poſſet; unde evenit, ut menſis & annus nunc plures, nunc pauciores dies habeat, qui ante exitum anni vel men-*

*menſis certo definiri non poſſunt. Propter inæqualitatem iſtam, Neomeniæ claſſico* (Scal. p. 223.) *indicabantur; ut rite celebrarentur. Iſtis Ebræorum non diſſimiles ſunt menſes Romuli, ſecundum Macrob. lib.* 1. *c.* 15. Initium cujuſque menſis, &c. *Cæterum uterque Ebræorum annus, cum à periodo Solari plurimum diſcrepet, adeo vagus fuit & incertus, ut niſi adhibita fuiſſet interkalatio, Paſcha, cum ſemper vernum eſſe debeat, nunc æſtivum foret, nunc autumnale, nunc hibernum. Multa tradunt Ebræorum magiſtri de Secundo Adar, ſive menſe Interkalari: mihi tamen nondum eſt compertum, quis fuerit Interkalationis iſtius auctor; quo cœperit tempore. Ut autem diſciplina anni Ebraici melius innoteſcat, diſtinguenda ſunt Ebræorum tempora: alia fuit eorum chronologia ante Captivitatem; alia poſt Reditum; alia denique poſt inſtitutum ab Hillele Juniore cyclum Decemnovenalem, anno Chr.* 358. *Ludunt operam Chronologi, qui vetera Ebræorum tempora ad rationes cyclicas reducunt. Veteres non ex ſcripto, non ex computo; ſed ex obſervatione neomenias ſuas notabant: tempora, quo vetuſtiora, eo ſunt incertiora:*

*ra: nullum exſtat in S. Literis* (Scal. p. 221.) *interkalationis veſtigium; neque conſtat chronologiam technicam, ſtante primo Templo, Judæis fuiſſe cognitam. Dicunt Magiſtri, jus interkalandi ad Synedrium Magnum pertinuiſſe: verum à tempore* τῆς κληρουχίας (*Joſeph. lib.* 5. *c.* 2. *p.* 146. *e.*) *nulla cogebantur Synedria; donec à* (2. *Chron.* 19: 5.) *Jehoſaphato rege ſunt inſtaurata. Cum autem & David* (Scal. p. 222.) *rex & Salomon* XII *præfectos conſtituerint* (1. *Reg.* 4: 7. 1 *Chron.* 27.) ſecundum XII menſes anni; *veriſimile eſt, menſem* XIII, *ſive Adar Secundum, iſtis temporibus nondum in annos Ebraicos fuiſſe receptum. Sub Regibus conſtat ſolennitates ſacras aut diu intermiſſas, aut non rite celebratas fuiſſe, temporibus divino præcepto congruis. Ipſe Ezechias, ex conſultu Synedrii, celebravit* (2. *Chron.* 29: 5. 30: 2.) Paſcha menſe ſecundo; *id eſt, quum jam in Templi inſtauratione præteriiſſet decimus ſextus dies Niſan, adeoque legitimum Paſchatis tempus; viſum eſt pro neceſſitate temporis, feſtum celebrari menſe Jiar, quo non niſi* impuris atque itinerantibus (*Num.* 9: 11.) *Paſcha rite celebrandum erat. Verum regi pio non ne-*

*ceſſe fuiſſet id (contra divinum præceptum) feciſſe, ſi modo fuiſſet tunc in uſu ordinarius aliquis interkalandi modus. Veteris hujus anni Ebraici defectus ortum habuiſſe videtur ab anno* (Scal. p. 221.) *Ægyptiaco, qui Exodi tempore nondum ad curſum Solis reformatus fuit.* Atque hactenus Marshamus; cui num omnes eruditi in omnibus hiſce aſſenſuri ſint, tempus docebit. Interim, qui volet, conſulat inſuper Scaligerum p. 106. & 221. & 297. & 629. ac ſeqq.

## CAPUT V.

*De intercalatione Græcorum, quam etiam non conſentiant eruditi.*

I. Quæ fuerit anni ratio Athenis? R. Poſtellus de magiſtratibus Athenienſium cap. VII ait: *Quibus ſingulis L viri ex eo numero obtingebant; ſuoque 35 dierum ſpacio jus dicere conſueverant. Is verò dierum numerus decies repetitus annum lunarem CCCL diebus conſtantem, qualem Athenis obſervare ſolebant, reddit. Noſter verò ſolaris illum diebus XV & quadrante ſuperat.*

II. Quæ

II. Quæ inſuper etiam intercalandi ratio apud illos obtinuerit? R.

1. Ubbo Emmius Chron. p. 21. in annis Græcorum ſolaribus (de quibus agit etiam Petitus Miſcel. lib. VIII. c. VI.) maximam fuiſſe indicat diverſitatem. *Nos*, inquit, *agemus tantum de celeberrimis; nempe de Elidenſibus, Atticis, Macedonicis (nam & hos Græcis annumeramus) unde cæteri cognoſci poterunt. Omnibus menſes in uſu fuêre civili* XII *pares, dierum tricenûm, ex quibus dies* CCCLX *conficiebantur; quot diebus annum Græcum contineri ſæpè à veteribus eſt notatum. Sed adjiciebantur his in anni exitu dies duæ, quæ ad methodum Græcanicam deerant, quas* ἀνάρχους *aut* ἀρχαιρεσίας *Athenis vocatas fuiſſe eruditiſsimus Scaliger p.* 62. *nos docet, propterea quod id biduum ſine magiſtratibus legitimis eſſet, quorum imperium* XII *menſibus aut diebus* CCCLX, *&, quod eodem redibat,* X πρυτανείαις *terminabatur (Prytanea erat tempus* XXXV *dierum, & quaſi decima pars anni lunaris) & quod civitas tum creandis magiſtratibus novis vacaret; verum quoniam intercalatione hac quolibet quadriennio dies una ſupra juſtum modum in methodo illa eadem*

*ſupererat, ea certo loco, poſt primam ſcilicet* Βοηδρομιῶνος *menſis* (Auguſti) *eximebatur, dicebaturque* ἐξαιρέσιμος, *ut ipſa exemptio* ἐξαίρεσις. *Methodus, de qua dixi, talis: Poſt* τριετηρίδα, *quæ lunari rationi vicinior erat, nec ſatis commoda ad menſes in ſedibus ſuis retinendos,* τετραετηρίδος, *id eſt, luſtri quadriennis uſus Græcis pleriſque placuit; quam etiam* πενταετηρίδα *vocarunt, eo quod, quadriennio ſolido finito, quinto quoque anno ineunte, redibat. Ea primum Elidenſes ſunt uſi, cujus auſpiciis, ut fieri ferè in periodis hujuſmodi ſolet, ſolennes ludos dederunt Jovi Olympio ſacros apud Olympum oppidum, à Pelope quondam inſtitutos, deinde ab Hercule repetitos, denique ab Iphito Elidis rege, majore religione inſtauratos, legibuſque pluribus firmatos, ab eoque tempore perpetuò obſervatos, qui & à Deo, cui dicati erant, & à loco, Olympici dicti ſunt, & ab his luſtrum id* τετραετηρικὸν, *cum ipſa Panegyre, toti Græciæ communi, Olympia nuncupata, alterum Chronologiæ columen in literis profanis. &c.* uſque ad p. 26.

2. Macrobius contendit, Græcos intercalaſſe anno quolibet octavo; (ὀκταετηρίς

ἐ͂ς quomodo hic accipienda ſit, vide omnino apud Scal. p. 51.) ſed Solinus ait, dies illos 90 ab illis reſervatos fuiſſe uſque in annum nonum. Cui omninò conjungendus Salmaſius ad Solin. p. 19. ita docens: *Græcorum annus lunaris habebat dies 354 numero pari. Latinorum autem annus dies 355 numero impari. Cum annus Romanorum ſuperaret annum Græcum uno die, Romani alternis annis modo 23, modo 22 dies intercalando, intra octo annos eundem numerum dierum intercalaſſe reperiebantur, quem Græci nono quoque anno. Sic fiebat, ut octo diebus ſolidis Romana intercalatio ſuperaret Græcam, cum tamen Græca ad liquidum cum ſolis curſu conveniret: quæ animadverſio, non autem parilis numeri contemplatio, adegit ut illa ratio intercalandi relinqueretur, poteſtaſque omnis & pontificium ejus rei in ſacerdotes transferretur.*

3. Illuſtris Scaliger p. 283. & Eraſmus Smidius prolegom. in Olympia Pindari fol. 7. ſcribit: *Græcos etiam diem unum intercalaſſe, quarto quolibet anno, ortum ex quatuor quadrantibus reſiduis; idque factum fuiſſe initio ſingulorum Olympiorum.* Atqui ſuperius Macrobium audivi-

mus dicentem, iſtos quadrantes omninò ſemper annumeratos fuiſſe diebus illis 90, qui ſingulis octenniis intercalabantur. An ergo Scaliger negat intercalationem 90 dierum? an eam ſtatuit dierum 88, omiſſis quadrantibus?

4. Idem Scaliger p. 176. ſcribit, *Macrobium & Solinum multum in hac re mentitos multumque hallucinatos fuiſſe; præſertim in intercalatione Græcorum.* Et p. 177 ait; *Quamvis Macrobius rectè ſcribat, Romanos non ſolum menſem, ſed etiam diem intercalaſſe, tamen iſtam rem non intelligit.* Sed Macrobium inter complures alios egregiè defendit Clar. Gronovius Obſerv. lib. II. Cap. XVIII. ubi inter alia p. 362. ſic ſcribit: *Quum igitur ſalva ſint & in ſolido ſtent fundamenta Macrobii ipſius, qui convellere illa & labefactare tentaverat, Scaligeri confeſſione; quum dubium non ſit, Græcos aliquando habuiſſe annum Lunarem CCCLIV dierum, & eum Romanos à Græcis accepiſſe, una cum intercalandi ratione, & quidem (quod amplius quam Macrobius largitur Scaliger) ſitu & numero nihil immutata, quare non eundem in periodo, qua omnis intercalandi conatus eventum ſor-* tie-

*tiebatur, ſequitur? Cur committit ſæpe repelli? Cur cum homine Romano iniquum certamen depoſcit, uter melius ſciat, quid tot ſeculis Romæ factum ſit?* Et mox pag. 364: *Certe fuit è Romanis Macrobius, multorum auctorum, quibus nos deficimur, copiam habuit; eorum quos habuit florem ſe delibaſſe paſſim oſtendit; & tradit rem, quæ acta erat; quæ ut acta eſſet, tot monumentis feliciſſimorum ingeniorum ſuperſtitibus non facilè poterat ignorari. Utrum confinxiſſe hunc iſta credemus, an ex Pontificum, eorumque qui Pontificum ſcripta viderant, libris hauſiſſe? Quæ deinde fingendi merces? imo quæ venia, quum ſtatim poſſet coargui?* Hæc inſignis & perſpicaciſſimus ille Gronovius capite prædicto, quod omninò totum perlegendum eſt iis, qui Romani Græcique anni rationem intelligere cupiunt.

III. Quomodo Græci ſingulis octenniis intercalarint Epactas ſive dies XC? R.

1. Macrobius narrat, Græcos poſt ſingula octennia intercalaſſe tres menſes 30 dierum, qui efficerent dies 90. Idem affirmat Lalamantius p. 143.

2. Alexander ab Alexandro libro 3.

cap. 4. & Hadrian. Junius p. 59. dicit, Græcos ſingulis trienniis exactis intercalaſſe unum menſem: quod habet ex Libanio & Herodoti Euterpe pag. 91. ubi idem planè affirmatur. Epiphanius etiam tom. 1. lib. 3. poſt tertium quemque annum eos intercalaſſe ſubindicat. Vide Lalamantium p.42.ubi etiam Epiphanius non 6, ſed 3 horas reliquas ſtatuit poſt dies 365, in anno Lunari.

3. Cenſorinus cap. XVIII (Scal. p. 176.) Græcos ſingulis bienniis intercalaſſe menſem ſcribit his verbis: *Itaque annos civiles ſic ſtatuerunt, ut intercalando facerent alternos* XII *menſium, alternos* XIII, *utrumque annum ſeparatim, vertentem; junctos ambos annum magnum vocantes: idque tempus* τριετηρίδα *appellabant, quod tertio quoque anno intercalabatur, quamvis biennii circuitus & revera* διετηρὶς *eſſet.* Herodotum etiam data opera tale quid commentum fuiſſe probat ὁ πάνυ Scaliger p. 59.

4. Zwingerus Theatro p.4011: *Græci diem intercalarem inſerebant anno quarto, eoque die Olympia celebrabant. Deinceps vero cum propter inæqualitatem ſolaris & lunaris anni, quatuor anni temporum*

*porum ordinem turbari viderent, dies illos* XI *anno nunc tertio, nunc ſecundo, in unum integrum menſem contractos addidere; ut annus intercalaris conſtaret menſibus* XIII.

5. Allatius de tempore p. 219, ex Iſagoge Gemini p. 35, affirmat, *Græcos intercalaſſe iſtos dies 90 anno tertio, quinto & octavo.* Identidem ſcilicet menſem 30 dierum.

6. Solinus denique cap. III. ea de re ſeorſim ſentiens (unde & Junius noſter illum contemnit p. 59.) ſic ſcribit: *Græci ergo ſingulis annis undecim dies & quadrantem detrahebant, eoſque, octies multiplicatos, in annum nonum reſervabant, ut contractus nonagenarius numerus in tres menſes per tricenos dies ſcinderetur: qui anno nono reſtituti, efficiebant dies quadringentos quadraginta quatuor; quos* ἐμβολίμους *vel* ὑπερβάλλοντας *nominabant.* Quæ omnia pro ſpecimine inſignis perquam diſſenſionis exhibere volui benevolo Lectori. Quid autem mirum? Teſte enim Lalamantio p. 143, in media ſæpe Græcia magni degentes viri intercalationem Græcorum ignorabant, propterea quod in diverſis Græciæ provin-

ciis & urbibus diverſa plerunque intercalandi ratio obtineret.

IV. In intercalatione magnorum annorum alius fuit modus adhibitus: nam in anno v. g. Metonico intercalatum fuit ſepties. Vide Cenſorinum cap. 18. & Allatium cap. 17.

V. Græcorum autem menſium, non ſolum XII ordinariorum, ſed etiam trium intercalarium naturam ut eo facilius juventus perſpiciat, utroſque cum Romanis menſibus collatos ex Guilielmi Morelii libello de menſibus Grȩcis huc transferemus. Ita ergo ille.

*Menſium Græcorum deſcriptio, eorumque cum Latinis collatio.*

Græcorum menſes cum Romanorum „ menſibus, nec dierum numero, nec ini- „ tio ſupputandi conveniunt: quod illi ad „ Lunæ curſum computarentur, Latini „ ita deſcriberentur, ut ad ſolis curſum „ annuum quadrarent.

„ Primus menſis Græcorum proximus „ erat ſolſtitio æſtivo, inchoabaturque „ prima nova luna quæ proxime ſolſtitii „ diem ſequebatur: quæ quia die quodam

certo

„ certo ſingulis annis non occurrit, per-
„ petua menſium & dierum ratio Græco-
„ rum cum Latinis conjunctorum præ-
„ ſcribi nequit: nec ob id ſolum, ſed etiam
„ propter undecim dies & quadrantem,
„ quibus Latini 12 menſes totidem Græ-
„ corum exuperant. Annus enim menſi-
„ bus Romanorum deſcriptus, 365 dies
„ continet: Græcorum autem, 354. Ita-
„ que cum neutra ſupputatio ad ſolis
„ curſum plene accedat, Latinorum ta-
„ men propius, quippe quæ diei tan-
„ tum quadrantem, aut paululo minus,
„ relinquat: qui quidem quatuor annis
„ ſingulis diem unum conſtituit, facitque
„ annum biſſextilem, id eſt, majorem
„ uno die reliquis. Græcorum vero ſup-
„ putatio præter quadrantem undecim
„ dies omittit: qui in octennium 90 dies
„ faciunt: itaque Græci octavo quoque
„ anno tres menſes dierum triginta ſin-
„ gulos intercalabant.

„ Annus ergo Græcorum cum ſit tan-
„ tum 354 dierum, & menſium duode-
„ cim, neceſſe eſt menſes inæqualibus
„ numero diebus fuiſſe: ſex quidem 29
„ dierum, & ſex 30.

„ Fertur autem Solon primus poſtre-
„ mum

„ mum menſis diem ſtatuiſſe appellan-
„ dum ἕνην καὶ νέαν: ſequentem autem
„ νουμηνίαν,qui menſis ſequentis dies pri-
„ mus eſt.

„ Alterni itaque menſes erant 29 & 30
„ dierum. Qui autem undecim & qua-
„ drans relinquebantur per annos 8, 90
„ dies conficiebant, id eſt, tres menſes,
„ quos poſt duodecimum menſem anni
„ ὑπερβαίνοντος adjungebant, & ἐμβολί-
„ μους appellabant.

„ Cæterum,ut diximus,initium Græco-
„ rum menſium quoniam idem non eſt
„ quod Latinorum,hinc fit ut idem Græ-
„ corum menſis nunc uno, nunc alio La-
„ tino nomine à doctis redditus ſit, quod
„ quidem ex ſequenti deſcriptione pate-
„ bit.

„ Sumatur itaque poſt ſolſtitium æſti-
„ vum, prima νεομηνία, nova luna: & illic
„ primi Græcorum menſis primus dies
„ notetur, & reliqui deinceps: ſicque qui
„ dies diebus reſpondeant, & qui menſes
„ menſibus, apparebit.

„ Anni itaque 1549,ſolſtitium æſtivum
„ proxime ſequens νουμηνία fuit VII Cal.
„ Julii, id eſt, 25 die Junii: hinc auſpice-
„ mur primum menſem. Sed prius intel-
„ ligen-

„ ligendum eſt Græcos menſem in tres
„ decadas diſtribuere, quarum primam
„ his verbis μηνὸς ἱσταμένου, ſecundam
„ μηνὸς μεσοῦντος, tertiam μηνὸς φθίνον-
„ τος, deſignabant: quaſi dicas menſis
„ ſtantis, medii, & deſinentis. Deinde
„ primæ decadis primum diem νεομηνίαν,
„ ſecundum δευτέραν ἱσταμένου, tertiam τρί-
„ την ἱσταμένου, & ſic deinceps vocabant.
„ Secundæ autem decadis primum diem,
„ πρώτην ἐπὶ δέκα μεσοῦντος, ſecundum
„ δευτέραν ἐπὶ δέκα, &c. uſque ad εἰκάδα,
„ ſeu εἰκοστήν. Tertiæ decadis primum
„ diem, πρώτην ἐπὶ εἰκάδι, vel πρώτην μετ'
„ εἰκάδα, ſecundum, δευτέραν ἐπὶ εἰκάδι,
„ ſeu μετ' εἰκάδα, &c. Vel etiam primum
„ diem appellabant, inſtitutione Solo-
„ nis, ut ferunt, δεκάτην φθίνοντος, ſecun-
„ dum ἐννάτην φθίνοντος, uſque ad poſtre-
„ mum eodem modo: quem ἕνην καὶ νέαν
„ dicebant. Sic ergo annum deſcribe-
„ bant.

PRI-

## PRIMUS MENSIS.

Ἑκατομβαιὼν dierum 30 erat, ut impar pari numero notaretur: par vero impari. ſic enim tradunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Νουμηνία | vij Cal. Julii. | 1549 |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | vj | 26 Junii. |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | v | 27 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | iv | 28 |
| 5 | πέμπτη ἱσταμένου | iij | 29 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | Pridie | 30 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | Cal. Jul. | 1 Jul. |
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | vi | 2 |
| 9 | ἐννάτη ἱσταμένου | v | 3 |
| 10 | δεκάτη ἱσταμένου | iv | 4 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | iij | 5 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | Prid. | 6 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | Non. Jul. | 7 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | viij | 8 |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | vij | 9 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | vj | 10 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | v | 11 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | iv | 12 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | iij | 13 |
| 20 | εἰκὰς, ſeu εἰκοστὴ | Pridie | 14 |
| 21 | δεκάτη φθίνοντος | Idus Jul. | 15 |
| 22 | ἐννάτη φθίνοντος | xvij | 16 |

23 ὀγ-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 23 | ὀγδόη φθίνοντος | xvj | 17 |
| 24 | ἑβδόμη φθίνοντος. | xv | 18 |
| 25 | ἕκτη φθίνοντος | xiv | 19 |
| 26 | πέμπτη φθίνοντος | xiij | 20 |
| 27 | τετάρτη φθίνοντος | xij | 21 |
| 28 | τρίτη φθίνοντος | xj | 22 |
| 29 | δευτέρα φθίνοντος | x | 23 |
| 30 | ἕνη καὶ νέα | ix | 24 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ſeu πρώτη μετ᾽ εἰκάδα, 22 δευτέρα ἐπὶ εἰκάδι, ſeu δευτέρα μετ᾽ εἰκάδα, & ſic deinceps ut diximus.

## SECUNDUS MENSIS.

Μεταγειτνιὼν 29 dierum eſt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία | viij | 25 Jul. |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | vij | 26 |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | vj | 27 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | v | 28 |
| 5 | πέμπτη ἱσταμένου | iv | 29 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | iij | 30 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | Prid. | 31 |
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | Cal. Auguſt. | 1 |
| 9 | ἐννάτη ἱσταμένου | iv | 2 |
| 10 | δεκάτη ἱσταμένου | iij | 3 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | Pridie | 4 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | Nonæ | 5 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | viij | 6 |

14 τε-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | vij | 7 |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | vj | 8 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | v | 9 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | iv | 10 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | iij | 11 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | Prid. | 12 |
| 20 | εἰκὰς | Id. Aug. | 13 |
| 21 | ἐννάτη φθίνοντος | xix | 14 |
| 22 | ὀγδόη φθίνοντος | xviij | 15 |
| 23 | ἑβδόμη φθίνοντος | xvij | 16 |
| 24 | ἕκτη φθίνοντος | xvj | 17 |
| 25 | πέμπτη φθίνοντος | xv | 18 |
| 26 | τετάρτη φθίνοντος | xiv | 19 |
| 27 | τρίτη φθίνοντος | xiij | 20 |
| 28 | δευτέρα φθίνοντος | xij | 21 |
| 29 | ἕνη καὶ νέα | xj | 22 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ſeu πρώτη μετ' εἰκάδα, ut ſupra.

## TERTIUS MENSIS.

Βοηδρομιὼν 30 dierum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία | x | 23 |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | ix | 24 |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | viij | 25 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | vij | 26 |
| 5 | πέμπτη ἱσταμένου | vj | 27 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | v | 28 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | iv | 29 |

8 ὀγ-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | iij | 30 |
| 9 | ἐννάτη ἱσταμένου | Pridie | 31 |
| 10 | δεκάτη ἱσταμένου | Cal. Sep. | 1. Sept. |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | iv | 2 |
| 12 | δευτ. ἐπὶ δέκα | iij | 3 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | Pridie | 4 |
| 14 | τετάρτ. ἐπὶ δέκα | Non. Sep. | 5. Sept. |
| 15 | πέμπτ. ἐπὶ δέκα | viij | 6 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | vij | 7 |
| 17 | ἑβδ. ἐπὶ δέκα | vj | 8 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | v | 9 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | iv | 10 |
| 20 | εἰκάς | iij | 11 |
| 21 | δεκάτη φθίνοντος | Pridie | 12 |
| 22 | ἐννάτη φθίνοντος | idus Sep. | 13. Sept. |
| 23 | ὀγδόη φθίνοντος | xviij | 14 |
| 24 | ἑβδόμη φθίνοντος | xvij | 15 |
| 25 | ἕκτη φθίνοντος | xvj | 16 |
| 26 | πέμπτη φθίνοντος | xv | 17 |
| 27 | τετάρτη φθίνοντος | xiv | 18 |
| 28 | τρίτη φθίνοντος | xiij | 19 |
| 29 | δευτέρα φθίνοντος | xij | 20 |
| 30 | ἕνη καὶ νέα | xj | 21 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ſeu πρώτη μετ᾽ εἰκάδα, ut ſupra.

# QVARTVS MENSIS.

Μαιμακτηριὼν 29 dierum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία. | x | 22 |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | ix | 23 |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | viij | 24 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | vij | 25 |
| 5 | πέμπτ. ἱσταμένου | vi | 26 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | v | 27 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | iiij | 28 |
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | iij | 29 |
| 9 | ἐννάτ. ἱσταμένου | Prid. | 30 |
| 10 | δεκάτ. ἱσταμένου | Cal. Oct. | 1. Octob. |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | vi | 2 |
| 12 | δευτ. ἐπὶ δέκα | v | 3 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | iiij | 4 |
| 14 | τετάρτ. ἐπὶ δέκα | iij | 5 |
| 15 | πέμπτ. ἐπὶ δέκα | Prid. | 6 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | Non. Octob. | 7 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | viij | 8 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | vij | 9 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | vi | 10 |
| 20 | εἰκάς | v | 11 |
| 21 | ἐννάτη φθίνοντος | iiij | 12 |
| 22 | ὀγδόη φθίνοντος | iij | 13 |
| 23 | ἑβδόμη φθίνοντος | Prid. | 14 |
| 24 | ἕκτη φθίνοντος | Idus Octob. | 15 |

25 πέμ-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 25 | πέμπτη φθίνοντος | xvii | 16 |
| 26 | τετάρτη φθίνοντος | xvi | 17 |
| 27 | τρίτη φθίνοντος | xv | 18 |
| 28 | δευτέρ. φθίνοντος | xiiij | 19 |
| 29 | ἕνη καὶ νέα | xiii | 20 |

Dicitur & 21 πρώτη ἐπὶ εἰκάδι & πρώτη μετ' εἰκάδα, ut ſupra.

## QVINTVS MENSIS.

Πυανεψιὼν 30 dierum eſt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία | xij | 21 |
| 2 | δευτέρα ἱσαμένου | xi | 22 |
| 3 | τρίτη ἱσαμένου | x | 23 |
| 4 | τετάρτ. ἱσαμένου | ix | 24 |
| 5 | πέμπτ. ἱσαμένου | viii | 25 |
| 6 | ἕκτη ἱσαμένου | vii | 26 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσαμένου | vi | 27 |
| 8 | ὀγδόη ἱσαμένου | v | 28 |
| 9 | ἐννάτη ἱσαμένου | iiii | 29 |
| 10 | δεκάτη ἱσαμένου | iij | 30 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | Pridie | 31 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | Cal. Nov. | 1 Nov. |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | iiii | 2 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | iij | 3 |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | Prid. | 4 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | Nonæ Novem. | 5 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | viii | 6 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | vij | 7 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | vj | 8 |
| 20 | εἰκὰς, ſeu εἰκο' | v | 9 |
| 21 | δεκάτη φθίνοντος | iiij | 10 |
| 22 | ἐννάτη φθίνοντος | iij | 11 |
| 23 | ὀγδόη φθίνοντος | Pridie | 12 |
| 24 | ἑβδόμη φθίνοντος | Idus Novemb. | 13 |
| 25 | ἕκτη φθίνοντος | xviii | 14 |
| 26 | πέμπτη φθίνοντος | xvij | 15 |
| 27 | τετάρτη φθίνοντος | xvj | 16 |
| 28 | τρίτη φθίνοντος | xv | 17 |
| 29 | δευτέρ. φθίνοντος | xiiij | 18 |
| 30 | ἕνη καὶ νέα | xiij | 19 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ſeu πρώτη μετ' εἰκάδα, ut & in reliquis menſibus.

## SEXTVS MENSIS.

Ἀνθεστηριὼν 29 dierum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία | xii | 20 |
| 2 | δευτ. ἱσαμένου | xi | 21 |
| 3 | τρίτη ἱσαμένου | x | 22 |
| 4 | τετάρτη ἱσαμένου | ix | 23 |
| 5 | πέμπτη ἱσαμένου | viii | 24 |
| 6 | ἕκτη ἱσαμένου | vii | 25 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσαμένου | vi | 26 |
| 8 | ὀγδόη ἱσαμένου | v | 27 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 9 | ἐννάτ. ἱσαμένου | iiij | 28 |
| 10 | δεκάτ. ἱσαμένου | iij | 29 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | Prid. | 30 |
| 12 | δευτ. ἐπὶ δέκα | Cal. | 1 Decemb. |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | iiij | 2 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | iij | 3 |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | Pridie | 4 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | Nonæ Decemb. | 5 |
| 17 | ἑϐδ. ἐπὶ δέκα | viij | 6 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | vij | 7 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | vj | 8 |
| 20 | εἰκάς | v | 9 |
| 21 | ἐννάτη φθίνοντος | iiij | 10 |
| 22 | ὀγδόη φθίνοντος | iij | 11 |
| 23 | ἑϐδόμη φθίνοντος | Prid. | 12 |
| 24 | ἕκτη φθίνοντος | Idus Decemb. | 13 |
| 25 | πέμπτη φθίνοντος | xix | 14 |
| 26 | τετάρτη φθίνοντος | xviij | 15 |
| 27 | τρίτη φθίνοντος | xvij | 16 |
| 28 | δευτέρ. φθίνοντος | xvj | 17 |
| 29 | ἕνη καὶ νέα | xv | 18 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ſeu πρώτη μετ' εἰκάδα, ut & in reliquis menſibus.

## SEPTIMVS MENSIS.

Ποσειδεὼν 30 dierum eſt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Νουμηνία | xiv | 19 |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | xiij | 20 |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | xij | 21 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | xj | 22 |
| 5 | πέμπτη ἱσταμένου | x | 23 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | ix | 24 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | viij | 25 |
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | vij | 26 |
| 9 | ἐννάτη ἱσταμένου | vj | 27 |
| 10 | δεκάτη ἱσταμένου | v | 28 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | iv | 29 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | iij | 30 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | Prid. | 31 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | Cal. Januar. | 1 |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | iiij | 2 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | iij | 3 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | Pridie | 4 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | Non. Januar. | 5 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | viij | 6 |
| 20 | εἰκάς | vij | 7 |
| 21 | δεκάτη φθίνοντος | vj | 8 |
| 22 | ἐννάτη φθίνοντος | v | 9 |
| 23 | ὀγδόη φθίνοντος | iv | 10 |
| 24 | ἑβδόμη φθίνοντος | iij | 11 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 25 | ἕκτη φθίνοντος | Prid. | 12 |
| 26 | πέμπτη φθίνοντος | Idus Januar. | 13 |
| 27 | τετάρτ. φθίνοντος | xix | 14 |
| 28 | τρίτη φθίνοντος | xviij | 15 |
| 29 | δευτέρα φθίνοντος | xvij | 16 |
| 30 | ἕνη καὶ νέα, | xvj | 17 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, &c. ut ſupra dictum eſt.

## OCTAVUS MENSIS.

Γαμηλιὼν 29 dierum eſt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία | xv | 18 |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | xiv | 19 |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | xiij | 20 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | xij | 21 |
| 5 | πέμπτη ἱσταμένου | xj | 22 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | x | 23 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | ix | 24 |
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | viii | 25 |
| 9 | ἐννάτ. ἱσταμένου | vii | 26 |
| 10 | δεκάτ. ἱσταμένου | vj | 27 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | v | 28 |
| 12 | δευτ. ἐπὶ δέκα | iiij | 29 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | iij | 30 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | Pridie | 31 |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | Cal. Februar. | 1 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | iiij | 2 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | iij | 3 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | Pridie | 4 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | Non. Febr. | 5 |
| 20 | εἰκάς | viij | 6 |
| 21 | ἐννάτη φθίνοντος | vij | 7 |
| 22 | ὀγδόη φθίνοντος | vj | 8 |
| 23 | ἑβδόμη φθίνοντος | v | 9 |
| 24 | ἕκτη φθίνοντος | iv | 10 |
| 25 | πέμπτη φθίνοντος | iij | 11 |
| 26 | τετάρτη φθίνοντος | Pridie | 12 |
| 27 | τρίτη φθίνοντος | Idus Febr. | 13 |
| 28 | δευτέρα φθίνοντος | xvj | 14 |
| 29 | ἕνη καὶ νέα | xv | 15 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, & πρώτη μετ' εἰκάδα, ut ſupra.

## NONVS MENSIS.

Ἐλαφηβολιὼν 30 dierum eſt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Νουμηνία | xiv | 16 |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | xiij | 17 |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | xij | 18 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | xj | 19 |
| 5 | πέμπτη ἱσταμένου | x | 20 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | ix | 21 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | viij | 22 |
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | vij | 23 |
| 9 | ἐννάτη ἱσταμένου | vj | 24 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 10 | δεκάτη ἱσαμένου | v | 25 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | iv | 26 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | iij | 27 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | Prid. | 28 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | Cal.Mart. | 1.Mart. |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | vj | 2 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | v | 3 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | iiij | 4 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | iij | 5 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | Pridie | 6 |
| 20 | εἰκάς | Non. Mart. | 7 |
| 21 | δεκάτη φθίνοντος | viij | 8 |
| 22 | ἐννάτη φθίνοντος | vij | 9 |
| 23 | ὀγδόη φθίνοντος | vj | 10 |
| 24 | ἑβδόμη φθίνοντος | v | 11 |
| 25 | ἕκτη φθίνοντος | iiij | 12 |
| 26 | πέμπτη φθίνοντος | iij | 13 |
| 27 | τετάρτ. φθίνοντος | Prid. | 14 |
| 28 | τρίτη φθίνοντος | Idus Mart. | 15 |
| 29 | δευτέρα φθίνοντος | xvij | 16 |
| 30 | ἕνη καὶ νέα. | xvj | 17 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ſeu μετ᾽ εἰκάδα, &c.

# DECIMVS MENSIS.

Μουνυχιὼν 29 dierum eſt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία | xv | 18 |
| 2 | δευτ. ἱσαμένου | xiv | 19 |
| 3 | τρίτη ἱσαμένου | xiij | 20 |
| 4 | τετάρτη ἱσαμένου | xii | 21 |
| 5 | πέμπτη ἱσαμένου | xi | 22 |
| 6 | ἕκτη ἱσαμένου | x | 23 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσαμένου | ix | 24 |
| 8 | ὀγδόη ἱσαμένου | viii | 25 |
| 9 | ἐννάτη ἱσαμένου | vii | 26 |
| 10 | δεκάτη ἱσαμένου | vi | 27 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | v | 28 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | iv | 29 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | iij | 30 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | Pridie | 31 |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | Cal. Apr. | 1. April. |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | iiii | 2 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | iii | 3 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | Prid. | 4 |
| 19 | ἐννάτ. ἐπὶ δέκα | Non. April. | 5 |
| 20 | εἰκάς | viii | 6 |
| 21 | ἐννάτη φθίνοντος | vij | 7 |
| 22 | ὀγδόη φθίνοντος | vi | 8 |
| 23 | ἑβδόμη φθίνοντος | v | 9 |
| 24 | ἕκτη φθίνοντος | iiij | 10 |

25 πέμπτη

| | | |
|---|---|---|
| 25 πέμπτη φθίνοντος | iii | 11 |
| 26 τετάρτη φθίνοντος | Pridie | 12 |
| 27 τρίτη φθίνοντος | Idus | 13 |
| 28 δευτέρα φθίνοντος | xix | 14 |
| 29 ἕνη καὶ νέα | xviij | 15 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ſeu μετ' εἰκάδα, &c.

## UNDECIMUS MENSIS.

Θαργηλιὼν 30 dierum eſt.

| | | |
|---|---|---|
| 1 νουμηνία | xvij | 16 |
| 2 δευτέρα ἱσταμένου | xvj | 17 |
| 3 τρίτη ἱσταμένου | xv | 18 |
| 4 τετάρτη ἱσταμένου | xiiii | 19 |
| 5 πέμπτη ἱσταμένου | xiii | 20 |
| 6 ἕκτη ἱσταμένου | xii | 21 |
| 7 ἑβδόμη ἱσταμένου | xi | 22 |
| 8 ὀγδόη ἱσταμένου | x | 23 |
| 9 ἐννάτη ἱσταμένου | ix | 24 |
| 10 δεκάτη ἱσταμένου | viii | 25 |
| 11 πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | vii | 26 |
| 12 δευτ. ἐπὶ δέκα | vi | 27 |
| 13 τρίτη ἐπὶ δέκα | v | 28 |
| 14 τετάρτ. ἐπὶ δέκα | iiii | 29 |
| 15 πέμπτ. ἐπὶ δέκα | iij | 30 |
| 16 ἕκτη ἐπὶ δέκα | Pridie | 31 |
| 17 ἑβδ. ἐπὶ δέκα | Cal. Maji | 1. Maji. |

18 ὀγ-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | vj | 2 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | v | 3 |
| 20 | εἰκάς | iv | 4 |
| 21 | δεκάτη φθίνοντος | iij | 5 |
| 22 | ἐννάτη φθίνοντος | Prid. | 6 |
| 23 | ὀγδόη φθίνοντος | Nonæ | 7 |
| 24 | ἑβδόμη φθίνοντος | viij | 8 |
| 25 | ἕκτη φθίνοντος | vij | 9 |
| 26 | πέμπτη φθίνοντος | vj | 10 |
| 27 | τετάρτη φθίνοντος | v | 11 |
| 28 | τρίτη φθίνοντος | iv | 12 |
| 29 | δευτέρα φθίνοντος | iij | 13 |
| 30 | ἕνη καὶ νέα | Prid. | 14 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ſeu πρώτη μετ᾽ εἰκάδα, ut & in reliquis menſibus.

## DVODECIMVS MENSIS.

Σκιρροφοριὼν 29 dierum eſt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία | Idus Maji | 15 |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | xvij | 16 |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | xvj | 17 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | xv | 18 |
| 5 | πέμπτη ἱσταμένου | xiv | 19 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | xiij | 20 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | xij | 21 |
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | xj | 22 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 9 | ἐννάτη ἱσταμένου | ix | 23 |
| 10 | δεκάτη ἱσταμένου | viij | 24 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | vij | 25 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | vj | 26 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | v | 27 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | iv | 28 |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | iij | 29 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | Pridie | 30 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | Cal. Jun. | 1 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | iiii | 2 |
| 19 | ἐννάτ. ἐπὶ δέκα | iii | 3 |
| 20 | εἰκάς | Prid. | 4 |
| 21 | ἐννάτη φθίνοντος | Non. Jul. | 5 |
| 22 | ὀγδόη φθίνοντος | viii | 6 |
| 23 | ἑβδόμη φθίνοντος | vij | 7 |
| 24 | ἕκτη φθίνοντος | vi | 8 |
| 25 | πέμπτη φθίνοντος | v | 9 |
| 26 | τετάρτη φθίνοντος | iiii | 10 |
| 27 | τρίτη φθίνοντος | iii | 11 |
| 28 | δευτέρα φθίνοντος | Pridie | 12 |
| 29 | ἕνη καὶ νέα | Idus Juniæ | 13 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, & πρώτη μετ᾽ εἰκάδα. 22 δευτέρα ἐπὶ εἰκάδι, & in cæteris deinceps eodem modo.

,, Jam vides à Julii die decimotertio ad ,, 25 diem unde annum incœpimus, in- ,, tereſſe dies undecim, quibus Græcorum an-

„ annus noſtro minor eſt: ſed ii cum quadrante in octo annos nonaginta dies conficiunt, id eſt, tres menſes, quos intercalant octavo quoque anno, ut diximus.

„ Cæterum horum 12 menſium intervallo lunationes ſeu lunæ novæ interfuerunt tredecim, quod accidere nonnunquam tradunt Græci. Conſidera autem, quam apte incipiat à neomenia annus, & in eandem finiat.

„ Qui autem noſtrorum menſium dies Græcorum ſupputationi hoc anno reſpondent, ſequenti anno iidem non reſpondebunt, propter aſſervatos illos undecim dies reliquos in octavum annum. Itaque anni 1550 primus dies anni Græcorum erit, 14 Junii, qui eſt xviij Calend. Julii, id eſt, dies proxime ſequens poſtremum diem anni ſuperioris. finiet autem annus 2 die Junii, id eſt, iiij Non. Junias.

„ Annus 1551 incipiet 3 die Junii, & finiet 22 Maji.

„ Annus 1552 incipiet 23 die Maji, & finiet decimo item Maji, quo anno numerantur dies duodecim propter biſſextum, qui eo anno intercalatur Latinis.

An-

„ Annus 1553 incipiet undecimo die Ma-
„ ji, & finiet vigeſimo nono die Aprilis.
„ Annus 1554 incipiet ultimo die A-
„ prilis, & finiet 18 Aprilis.
„ Annus 1555 incipiet die April. deci-
„ mo nono, & finiet ſeptimo Aprilis.
„ Annus 1556 incipiet octavo die A-
„ prilis, & finiet vigeſimo ſeptimo Mar-
„ tii: qui annus eſt biſſextilis Latinorum,
„ ut & Græcorum. Atque hic annus in-
„ tercalaris eſt. eſt enim octavus ab eo
„ unde annum incœpimus deſcribere
„ 1549. Itaque hoc anno ad ſuos duo-
„ decim menſes adjungent tres ἐμβολί-
„ μους, id eſt, interjectitios, ſeu interca-
„ lares, ſingulos 30 dierum, reliqui enim
„ ſunt octies undecim dies, & totidem
„ quadrantes: qui ſimul juncti 90 dies
„ conficiunt, id eſt, ter triginta dies. ſic
„ ergo deſcribent eos.

ὁ πρῶτος μὴν τῶν ἐμβολίμων 30 dierum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία | v Martii | 28 |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | iv | 29 |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | iij | 30 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | Pridie | 31 |
| 5 | πέμπτη ἱσταμένου | Cal. April. | 1 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | iv | 2 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | iij | 3 |

8 ὀγ-

| | | | |
|---|---|---|---|
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | Pridie | 4 |
| 9 | ἐννάτη ἱσταμένου | Non. April. | 5 |
| 10 | δεκάτ. ἱσταμένου | viii | 6 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | vii | 7 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | vi | 8 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | v | 9 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | iiii | 10 |
| 15 | πέμπτ. ἐπὶ δέκα | iij | 11 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | Pridie | 12 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | Idus | 13 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | xix | 14 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | xviij | 15 |
| 20 | εἰκὰς ſeu εἰκοστή | xvii | 16 |
| 21 | δεκάτη φθίνοντος | xvi | 17 |
| 22 | ἐννάτη φθίνοντος | xv | 18 |
| 23 | ὀγδόη φθίνοντος | xiiii | 19 |
| 24 | ἑβδόμη φθίνοντος | xiii | 20 |
| 25 | ἕκτη φθίνοντος | xii | 21 |
| 26 | πέμπτη φθίνοντος | xi | 22 |
| 27 | τετάρτη φθίνοντος | x | 23 |
| 28 | τρίτη φθίνοντος | ix | 24 |
| 29 | δευτέρ. φθίνοντος | viii | 25 |
| 30 | ἕνη καὶ νέα | vii | 26 |

Dicitur & 21 πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ut in reliquis.

ὀγδό-

ὁ δεύτερος μὴν τῶν ἐμβολίμων 30 dierum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία. | vi | |
| 2 | δευτέρα ἱσταμένου | v | 27 |
| 3 | τρίτη ἱσταμένου | iiij | 28 |
| 4 | τετάρτη ἱσταμένου | iij | 29 |
| 5 | πέμπτ. ἱσταμένου | Pridie | 30 |
| 6 | ἕκτη ἱσταμένου | Cal. | Maji 1 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσταμένου | vj | 2 |
| 8 | ὀγδόη ἱσταμένου | v | 3 |
| 9 | ἐννάτη ἱσταμένου | iiij | 4 |
| 10 | δεκάτ. ἱσταμένου | iij | 5 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | Prid. | 6 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | Non. Maji | 7 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | viij | 8 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | vij | 9 |
| 15 | πέμπτ. ἐπὶ δέκα | vj | 10 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | v | 11 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | iiii | 12 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | iij | 13 |
| 19 | ἐννάτη ἐπὶ δέκα | Prid. | 14 |
| 20 | εἰκάς | Idus Maji | 15 |
| 21 | δεκάτη φθίνοντος | xvij | 16 |
| 22 | ἐννάτη φθίνοντος | xvj | 17 |
| 23 | ὀγδόη φθίνοντος | xv | 18 |
| 24 | ἑβδόμη φθίνοντος | xiiij | 19 |
| 25 | ἕκτη φθίνοντος | xiij | 20 |
| 26 | πέμπτη φθίνοντος | xij | 21 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 27 | τετάρτη φθίνοντος | xj | 22 |
| 28 | τρίτη φθίνοντος | x | 23 |
| 29 | δευτέρ. φθίνοντος | ix | 24 |
| 30 | ἔνη καὶ νέα | viij | 25 |

Dicitur & 21 πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ut in reliquis.

Τρίτος μὴν τῶν ἐμβολίμων 30 dierum eſt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | νουμηνία | vii | 26 |
| 2 | δευτ. ἱσαμένου | vi | 27 |
| 3 | τρίτη ἱσαμένου | v | 28 |
| 4 | τετάρτη ἱσαμένου | iv | 29 |
| 5 | πέμπτη ἱσαμένου | iij | 30 |
| 6 | ἕκτη ἱσαμένου | Pridie | 31 |
| 7 | ἑβδόμη ἱσαμένου | Cal. Jun. | 1 |
| 8 | ὀγδόη ἱσαμένου | iiii | 2 |
| 9 | ἐννάτη ἱσαμένου | iii | 3 |
| 10 | δεκάτη ἱσαμένου | Prid. | 4 |
| 11 | πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος | Non. Jun. | 5 |
| 12 | δευτέρα ἐπὶ δέκα | viii | 6 |
| 13 | τρίτη ἐπὶ δέκα | vij | 7 |
| 14 | τετάρτη ἐπὶ δέκα | vi | 8 |
| 15 | πέμπτη ἐπὶ δέκα | v | 9 |
| 16 | ἕκτη ἐπὶ δέκα | iv | 10 |
| 17 | ἑβδόμη ἐπὶ δέκα | iij | 11 |
| 18 | ὀγδόη ἐπὶ δέκα | Pridie | 12 |
| 19 | ἐννάτ. ἐπὶ δέκα | Idus | 13 |
| 20 | εἰκὰς ſeu εἰκοστή | xviij | 14 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 21 | δεκάτη φθίνοντος | xvij | 15 |
| 22 | ἐννάτη φθίνοντος | xvj | 16 |
| 23 | ὀγδόη φθίνοντος | xv | 17 |
| 24 | ἑβδόμη φθίνοντος | xiiij | 18 |
| 25 | ἕκτη φθίνοντος | xiij | 19 |
| 26 | πέμπτη φθίνοντος | xij | 20 |
| 27 | τετάρτη φθίνοντος | xj | 21 |
| 28 | τρίτη φθίνοντος | x | 22 |
| 29 | δευτέρα φθίνοντος | ix | 23 |
| 30 | ἕνη καὶ νέα | viij | 24 |

Dicitur & 21 dies πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, ſeu πρώτη μετ' εἰκάδα, ut ſupra.

„ Vides quam apte hujus anni octavi, „ qui Græcorum anni vertentis ultimus „ eſt, menſis poſtremus dies univerſæ „ ſupputationi conveniat. Octennium „ enim inceperamus à 25 die Junii, & „ in 24 finimus, intercalatis menſibus „ tribus, quos undecim dies & quadrans „ octavo quoque anno conficiunt.

„ Supereſt ut intelligas annum 1549, „ unde incipimus, primum eſſe illorum „ octo, ad quorum finem ſit intercalan- „ dum.

„ Repetamus itaque ab initio Græco- „ rum annos. Primus annus unde nu- „ merare inceperunt Græci annos, pri-

„ mus eſt primæ Olympiadis, qui annus
„ fuit ab orbe condito, ut vera ſupputatio
„ doctorum habet, 3188, id eſt,
„ anno ſecundo regni Joathan in Juda,
„ & tertio anno regni Pekan in Iſraël,
„ anno regni Aſſyriorum 44, à Troja capta
„ 407, & regni Amulii Sylvii apud
„ Latinos anno 21, qui abeſt ab anno
„ Chriſti nato, primo fere medio (qui
„ mundi erat 3962, & paulo plus, id
„ eſt, Olympiadis 66 anno 3) annis 772:
„ quos ſi addas ad annos Chriſti 1549,
„ anni Græcorum erunt à primæ Olympiadis
„ anno primo, 2321: quos ſi dividas
„ per octo, ut intelligas quotus
„ annus ſit iſte 1549, octennii emboliſmalis,
„ reperies primum eſſe, & annum
„ 1548, eum fuiſſe ad quem tres menſes
„ Græci addiderunt, id eſt, emboliſmon
„ in eum incidiſſe, qua ratione tres poſtremos
„ menſes anno 1556 intertexuimus,
„ qui ut ille, interpoſitis annis ſeptem,
„ intercalaris eſt.

„ Ex hac noſtra ſupputatione ſpero ſtudioſos
„ aliquam utilitatem percepturos
„ ad chronologias Græcorum intelligendas,
„ & doctorum hominum interpretationes
„ menſium Græcorum perci-

„ cipiendas. Nam etiam inter doctos
„ non bene convenit. Nam quiſquis li-
„ belli auctor fuerit de menſibus Atti-
„ cis, Theodoro Gazæ adſcripti, is à Ga-
„ leno non habuit quod diſſentiret, qui
„ ſcripſit βοηδρομιῶνα Latinis eſſe Sep-
„ tembrem : à Putarcho qui ποσειδεῶνα
„ Januarium appellaverit, & demum à
„ Plinio qui μουνυχιῶνα, θαργηλιῶνα ϗ σκιῤ-
„ ῥοφοριῶνα converterit ex Ariſtotele
„ Aprilem, Majum, Junium : cum Græ-
„ corum menſes, ut ex noſtra, quam non
„ procul à vera putamus abeſſe, deſcri-
„ ptione liquet, uni Latinorum menſi
„ in totum non poſſint accommodari,
„ ſed unius finem & alterius contermini
„ principium capiant. Sed de ea re ſub-
„ tilius judicium eruditis ferendum re-
„ linquimus : ſatis eſt quod initio pro-
„ poſuimus expoſuiſſe. Plura his adju-
„ tus, vel certe admonitus diligens lite-
„ rarum vetuſtiorum indagator obſer-
„ vare ſuo ſibi commodo poterit.

VI. Subtilius illud de Gazæ libello judicium, quod ſe aliis relinquere velle ait Morelius, commodum nobis exhibet Sepulveda in doctiſſimo libello ſuo de correctione anni menſiumque Ro-

manorum fol. 18. „ Menſem, qui prin-
„ cipium capiebat à bruma ſive hyberno
„ ſolſtitio Athenienſibus ποσειδεῶνα fuiſ-
„ ſe, eundemque Romanis antiquitus
„ Januarium Plutarchus teſtatur in Cæ-
„ ſare Dictatore, nunc certum eſt eun-
„ dem, Decembrem potius appellari. ad
„ ſummam niſi error coërceatur, neceſſe
„ fuerit, ſingulas anni menſtruas partes
„ omnium menſium Latinis nominibus
„ longiſſimi quidem temporis progreſſu
„ nuncupari, quæ majorem indies Lati-
„ norum ſcripturis confuſionem, ſum-
„ mam denique cæcitatem pariant. Qua
„ confuſione & inconſtantia Theodorus
„ Gaza, vir alioquin Græcorum & Lati-
„ norum ætatis ſuæ mea quidem ſenten-
„ tia doctiſſimus, hallucinatus, in eo li-
„ bro quem ſcripſit περὶ τ͂ μηνῶν, miſe-
„ randum in modum laboravit in red-
„ denda cauſa, cur veteres ſcriptores
„ ſumma doctrina viri nomina Græca
„ menſium interpretantes ab ea ratione,
„ quam ipſe traderet, certiſſimamque
„ putaret, diſſentirent. Theodorus e-
„ nim, qui fuit æqualis Nicolai Quinti
„ Pontificis Maximi, libellum edidit,
„ quem modo memoravi Græce ſcri-
„ ptum

„ ptum de menſibus, qui magno plauſu
„ fuit ab omnibus Græcarum ſimul &
„ Latinarum literarum ſtudioſis rece-
„ ptus, in quo ſingulari ingenio & pari
„ diligentia atque doctrina menſium A-
„ thenienſium numerum, nomina, or-
„ dinem & Latina vocabula eſt perſe-
„ quutus, ex magniſque tenebris & igno-
„ ratione hominum in apertam lucem
„ atque notitiam revocavit. Ut enim
„ Romanis, item Athenienſibus duode-
„ cim fuiſſe menſes oſtendit, quos ipſi à
„ ſolſtitio æſtivo annum inchoantes his
„ nominibus atque ordine nominarent,
„ Ἑκατομβαιῶν (ita enim ille vocabula
„ iſta ſcribit) μεταγειτνιῶν, βοιδρομιῶν, με-
„ μακτηριῶν, πυανεψιῶν, ἀνθεστηριῶν, ποσει-
„ δεῶν, γαμηλιῶν, ἐλαφηβολιῶν, μουνιχιῶν,
„ θαργηλιῶν, σκιροφοριῶν. Porro animad-
„ vertens facile in expeditoque fore, ut
„ ſingulis redderentur ſua nomina Lati-
„ na, ſive de uno quovis conſtaret, ad
„ eum inveſtigandum ingenioſam hanc,
„ commodiſſimamque rationem inivit,
„ ut primum conſtitueret, qui menſis
„ congrueret cum æſtivo ſolſtitio, eſſet-
„ que primus Athenienſibus, qui ab eo
„ temporis articulo ſuum annum (quem-

 „ ad-

„ admodum diximus) inchoabant, de-
„ inde in menſibus Romanis hoc idem
„ conſideraret, quo facto non dubitat
„ quin idem menſis eſſet, qui utroque
„ nomine Græco & Latino vocaretur,
„ ita cum inveniſſet ἐκατομβαιῶνα Athe-
„ nienſibus, Romanis Junium, incidere
„ in ſolſtitium æſtivum, ἐκατομβαιῶνα
„ putavit Junium à Romanis appellari,
„ & ſic eſſe Latine interpretandum, με-
„ ταγειτνιῶνα Julium, βοιδρομιῶνα Augu-
„ ſtum, & cæteros deinceps eodem mo-
„ do, & ſic ipſe interpretatus eſt (ut ſu-
„ pra dixi) Ariſtotelem & Theophra-
„ ſtum. Sed quoniam huic ingenioſæ &
„ ipſius Theodori noſtriſque tempori-
„ bus magis convenienti rationi vete-
„ rum & gravium auctorum Galeni &
„ Plinii menſium collationes & expoſi-
„ tiones ab ea diſcrepantes obeſſe vide-
„ bantur, illorum hac in parte teſtimo-
„ nia magna (ut quidem arbitror) & ſo-
„ licitudine refellere conatus eſt, & au-
„ ctoritatem imminuere. Galenus enim
„ in mentione Seminis abietis eo menſe
„ tempeſtivum id eſſe tradit, quo myſti-
„ ca ſacra faciebant Athenienſes, hoc eſt,
„ βοιδρομιῶνι, & idem hunc menſem à

„ Ro-

„ Romanis Septembrem appellari teſta-
„ tur, quem Theodorus Auguſtum po-
„ tius convertendum putavit. Plinius
„ autem, dum Ariſtotelem ſequitur pro-
„ dentem piſces magna ex parte tribus
„ menſibus parere, quod ille μουνιχιῶνι,
„ θαργηλιῶνι, σκιῤῥοφοριῶνι, ſcripſerat, ipſe
„ Aprili, Majo, Junio convertit, quos
„ Theodorus Martium, Aprilem, Ma-
„ jum interpretatur. Sic igitur rejecit
„ illorum teſtimonia, ut Galenum dice-
„ ret parum ſcrupuloſe tempus ac men-
„ ſium illorum convenientiam conſide-
„ raſſe: quippe cujus parvi intereſſet,
„ tempeſtivitatem illius ſeminis Augu-
„ ſto tribueret an Septembri ejuſdem fe-
„ re naturæ menſi. Plinium vero non
„ Ariſtotelem interpretando & ex ejus
„ ſententia, ſed ex ſua, contendit illud
„ conſcripſiſſe propter locorum videli-
„ cet diverſam naturam, cum tamen Ga-
„ lenus tempora & menſes diligentiſſi-
„ me contulerit, & Plinius Ariſtotelem
„ & quidem pro illis temporibus com-
„ modiſſime fuerit interpretatus, ut de-
„ clarat Plutarchus teſtis locupletiſſi-
„ mus, & cui Theodorus in eodem libro
„ ſummam auctoritatem tribuere non

 „ du-

„ dubitavit. is enim, ſic in eo quem diximus loco trajectum Cæſaris in Macedoniam conſcribit, χειμῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος ἱσταμένου ἰαννουαρίου μηνὸς, οὗτος δ᾽ ἂν εἴη ποσειδεὼν ἀθηναίοις, ἀφῆκεν ἐν τὸ πέλαγος. Hoc eſt: *Circa brumam atque Januarii initium (quem menſem Athenienſes Poſideonem videntur appellare) mari ſe commiſit.* (*Inveniuntur hæc verba poſt narrationem de occupata à Cæſare Roma, & petito Brunduſio, ut inde trajecto Ionio mari Pompejum perſequeretur. mihi p.* 537.) Quæ ſi Theodorus legiſſet, aut lecta cum id proderet meminiſſet, magna ſolicitudine fuiſſet liberatus unum illum menſem ejuſque Græcum & Latinum nomen inveſtigandi, nec induxiſſet animum, ut quidquam, quod horum trium magnæ auctoritatis virorum conſenſui & apertiſſimæ ſententiæ contrarium eſſet, conſtitueret, cum eodem in loco Plutarchus ſimul teſtetur brumam incidere in menſem ποσειδεῶνα, ſimul hunc eſſe quem Romani vocant Januarium. quo cognito & quaſi fundamento jacto, menſibuſque ordine collocatis, confecta res erat, nec poterat

„ de

„ de ſingulorum Latinis nominibus du-
„ bitari. Itaque aut horum rationem
„ fuiſſet ſecutus temporibus illis conve-
„ nientem, cum res ab incorrupto &
„ commodiſſimo inſtituto parum defle-
„ xerat, aut quæſtione diligentius & per-
„ quiſitius diſcuſſa & dijudicata; non
„ poſſe in tanto errore, tantaque tempo-
„ rum inconſtantia certam aliquam per-
„ petuamque normam tradi perſpexiſ-
„ ſet. Cæterum Theodorus, ut ejus er-
„ rorem, quatenus licet, ſublevemus, ha-
„ bita ſuæ memoriæ, quæ eadem fuit pa-
„ trum noſtrorum, ratione, non incom-
„ mode menſibus Athenienſium reddi-
„ dit Latina nomina, quo tempore ſol-
„ ſtitium in menſem Junium, Bruma in
„ Decembrem incidebat: erravit tamen
„ dupliciter, primum quod exiſtimavit
„ Plinium, qui Ariſtotelem ſecutus, &
„ recte ſuæque memoriæ convenienter
„ fuerat interpretatus, ab eodem diſcre-
„ paſſe, ſuamque ſententiam aliis locis,
„ & quorum eſſet alia natura accommo-
„ daſſe. Galenum vero incuria quadam
„ fuiſſe lapſum, propterea ſecundum
„ quod neuter illorum eam, quam ipſe
„ traderet rationem ſecutus fuiſſet. De-
„ inde

„ inde quod hanc putavit omnibus tem-
„ poribus,tum in præteritum aptari poſ-
„ ſe, tum etiam in futurum. Sic enim
„ quæ obeſſe videntur, rejectis, ſuam
„ ſententiam tuetur, & tradit, ut ad eam
„ velit vetuſta quoque tempora revoca-
„ re: nec quidquam in futurum præci-
„ pit, aut admonet de mutatione ac di-
„ verſitate temporum, quibus omnibus
„ (ut quidem nunc eſt, errore in dies au-
„ geſcente) nulla conſtans atque eadem
„ interpretatio poſſit in perpetuum con-
„ venire. Ut enim Theodori interpre-
„ tatio, Plinii, Galeni, atque Plutarchi
„ temporibus non convenit, ſic olim erit
„ inepta cum totidem abhinc anni de-
„ fluxerint. Nam ut veteres ἑκατομβαιῶ-
„ να rectius Julium interpretamur, licet
„ hoc ipſo Athenienſium menſe Julii
„ plus tertia parte etiam nunc continea-
„ tur, tantundemque Junii ſumatur ex-
„ tra. Sic erit tempus cum poſteri Ma-
„ jum ac deinde Aprilem convertere de-
„ beant, ad ſummam ejus menſis Roma-
„ ni, in quem ſolſtitium inciderit, nomi-
„ ne declarare, niſi hoc infinito errore
„ ſublato, res ad incorruptum initium
„ revocetur, & perpetua ratio quemad-
„ mo-

„ modum expoſuimus ſanciatur, ut ſem-
„ per bruma & ſolſtitium in eoſdem
„ menſes Januarium atque Julium ipſo-
„ rumque initia revertantur. quod ſi fa-
„ ctum fuerit, redibit illa veterum in
„ perpetuum duratura interpretatio, ad
„ quam facile fuerit cætera, quæ Theo-
„ dorus doctiſſime tradidit, revocare.

## Caput VI.

*An Romulus habuerit X, an verò XII menſes? An intercalarit? Quamdiu denique Calendarium ejus durarit?*

I. Romulum habuiſſe X menſes in anno ſuo, crediderunt ex veteribus, Livius, Agellius lib. 3. c. 16. Macrobius lib. 1. Satur. cap. 11. Solinus c. 3. Plutarchus in Numa, Cenſorinus de die natali cap. 20. Cicero, Plinius, Caſſiodorus, Junius Gracchanus, vel Gracchus, Fulvius, Varro, Suetonius, Ovidius lib. 1. Faſt. v. 25:

*Tempora digereret cum conditor Urbis, in anno*
*Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo.*

Et etiam lib. 3. Faſt. v. 121.

*An-*

*Annus erat, decimum cum luna repleverat orbem,*
*Hic noſtris magno tunc in honore fuit.*
*Seu quia tot digiti, per quos numerare ſolemus,*
*Seu quia bis quino fœmina menſe parit,*
*Seu quod ad uſque decem numero creſcente finitur,*
*Principium ſpatiis ſumitur inde novis.*

Feſtus: *Poſteriores menſes, qui annum finiunt, à numero appellati, ultimum habent Decembrem.* Inde concludit, Martium fuiſſe initium anni, adeoque 10 tantum fuiſſe menſes. Vide Puteanum cap. 2. Plutarchus in Numa: *Romanos non 12, ſed 10 principio menſes unius anni conſtituiſſe, nomen poſtremi menſis declarat, qui in hunc uſque diem December nominatur: itemque Martium primum fuiſſe in ordine, ex eo liquet, quot quintum ab eo Quintilem dixerunt.* In quæſtionibus Romanis cap. IX idem habet, ſed tamen ſibi non conſtat. Alexander ab Alexandro lib. 3. c. 24: *Romulus 10 menſium curriculo definivit annum, Martiumque initium fecit.* &c. Idem ſentit Origanus Ephem. p. 43. Et Lalamantius p. 154. & ſeq. ubi ſimul probat, Romulum cujuſque menſis initium

tium (Marſham. p. 183. ex Macrob. Sat. lib. 1. c. 15.) ſumpſiſſe ex eo die, quo novam lunam videri contigiſſet, indeque menſes illos valde fuiſſe inæquales. Et Hadrianus Junius p. 19. ubi ſubjungit; Numam ſive præceptis Pythagoræ, ſive Egeriæ Nymphæ monitis imbutum addidiſſe duos, Januarium & Februarium. Quod habet ex Ovidio, ita ſcribente 3. Faſt. v. 151.

*Primus oliviferis Romam deductus ab arvis*
*Pompilius menſes ſenſit abeſſe duos.*
*Sive hoc à Samio doctus, qui poſſe renaſci*
*Nos putat; Egeria ſive monente ſua.*

II. Romulum habuiſſe XII menſes, olim ſcripſerunt ex veteribus Licinius Macer, & poſtea Feneſtella, de quibus Cenſorinus c. 20. Hos deinde ſecuti ſunt;

1. Varro (nam hunc Siccama mox aperte in ſuas partes pertrahet) in lib. de lingua Latina ita loquens pag. 46. *Terminalia, quod is dies anni extremus conſtitutus. Duodecimus enim fuit Februarius, & cum intercalatur, inferiores dies duodecimo demuntur menſe.* Sed Varro non indicat, de cujus anno loquatur, Romuli, an vero Numæ: ſicut nec p. 50, ubi ſic

ſic loquitur: *Menſium nomina ſunt aperta ferè, ſi à Martio, ut antiqui illi inſtituerunt, numeres. Nam primus à Marte uſque ad Decembrem. Ad hos qui additi, prior à principe Jano Januarius appellatus: poſterior, ut iidem dicunt ſcriptores, ab Dîs inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur.*

2. Plutarchus Quæſt. Rom. c. 19: *Antiquitus Martius fuit primus menſis numeratus: quod cum aliis multis manifeſtum fit indiciis, tum eo præcipuè, quod quintus à Martio Quintilis appellatur uſque ad ultimum, qui December nominatur numero decimus à Martio. Quæ res nonnullos movit, ut opinarentur atque affirmarent etiam, antiquos Romanos non* 12, *ſed* 10 *menſibus annum compleviſſe. Alii ſic tradunt: Decembrem à Martio menſem eſſe decimum, Januarium undecimum, Februarium duodecimum. Mutato autem ordine Januarium primum factum, quod Cal. Jan. conſules primi, ejectis Regibus, Romæ magiſtratum iniverunt. Probabilius eſt, quod alii dicunt: Martium à Romulo, homine bellicoſo Martiſque cupido, & qui Martis filius putaretur, cæteris menſibus præpoſitum eſſe, utpote Martis co-*

*cognominem. Numam verò pacis ſtudioſum, & qui cives à re bellica ad agricultu-ram tranſdere cuperet, Januario principem locum aſſignaſſe, Janoque magnos honores detuliſſe, ut qui civilis, & terræ colendæ, quam bellì fuiſſet ſtudioſior.*

3. Scaliger Emend. p.173: *Nos veram & antiquitati conſentaneam viam inſiſtemus, quæ convincit, annum ab initio non ſolum duodecim menſibus, ſed & iis ad Lunæ curſum deſcriptis conſtitutum fuiſſe.* &c.

4. Sibrandus Siccama, qui theſes ſuas hac ſuper re ſcriptas dedicavit Scaligero: in quibus theſibus mira audacia ſcribit in hunc modum: *Inveterata eſt & tot annorum ſeculis contra ipſam veritatem pœnè præſcripta opinio, Romulum Romæ conditorem, annum dierum 304 inſtituiſſe, eoſque per 10 menſes, initio facto à menſe Martio ita diſtribuiſſe, ut Apereilis, Jounius, Seſt'olus, Sept'imber, Nov'imber, Dec'imber, 30 eſſent dierum: Martius verò, Majus, Quint'olus, Oct'imber 31 continerent. Hoc maxima pars credit, quia à Livio, Ovidio, Cicerone, Plinio, Macrobio, Cenſorino, aliiſque vetuſtiſſimis ſcriptoribus quaſi per manus ita traditum, & noſtri ſe-*

*culi homines, tanquam ex Apollinis tripode oraculum adorant: ita auctoritas ſæpè antevortit veritati. Verum Romulus, ſi viveret, ex edicto Prætoris cum illis ageret. Etenim injuriam faciunt politiſſimo Principi. Quid? qui præter egregiam Reipublicæ, qua leges, qua ſacra, diſpoſitionem, conjunctiones & oppoſitiones Lunæ, quæ labentem cælo ducebat annum, tam curiosè publicèque obſervarit, quî potuit, ut annum, nec ſolis nec lunæ curſui congruum inſtitueret? Hoc ita eſſe, ex eo ſuſpicamini, quod Romulus Martium anni caput eſſe voluerit, atque ita Januarium & Februarium omiſerit? Non conſtat ratio dierum, niſi Januario & Februario 60 dies tribuatis; quod ego non credam, niſi prolatis tabulis probetis. Nos è contrario (ſi teſtibus cauſa agenda ſit) ipſo Romulo, Lucio Cintio Alimentio, Lucio Feneſtella, Cajo Licinio Macro, Marco Terentio Varrone, Romuli nepotum doctiſſimo, teſtibus (ſi rationibus, quæ ſemper primas obtinere debent, innumeris & apodicticis) conſtanter aſſeveramus: annus Romuli ab ipſis urbis initiis 12 menſes habuit, hoc ordine: Martios, Apereilis, Majos, Jounios, Kuint'olos, Sext'olos, Sept'imber, Oct'imber, Nov'imber, Dec'-imber,*

*imber*, *Januos*, *Februos*. (utinam indicaret nobis Siccama, ex quo vetuſto auctore nobis has antiquitates protuliſſet!) *Annus ille fuit merè lunaris, diebus 354 conſtans, eo quidem ordine, ut menſes alternis vicibus nunc 29 dies, nunc 30 continerent. Nam cum luna, dum orbis curſum conficit & ſolem aſſequitur, conſumat dies 29, horas 12, & minuta 44: vix potuit alia, quam alternativa illa menſium diſtributio inſtitui, cum Romulus tam anxiè lunares apparitiones obſervaret; quæ quidem diſtributio & rudibus populis valdè commoda & Lunæ curſui admodum fuit conveniens. Unde liquidò apparet, canonem illum anni Romuli à Macrobio, Cenſorino, aliiſque ex errore decimeſtris ſpatii confictum, eſſe erroneum, nec curſui Lunæ, cujus rationem habuit Romulus, convenientem.*

5. Scaligerum etiam audacter ſecutus eſt Jacobus Thuanus Tom. 3. p. 575. hiſtoriæ ſuæ: *Priſcus Romanorum annus non 10, ſed 12 menſibus conſtabat, quorum primus Martius, ultimus Februarius.*

6. Eandem ſententiam amplectitur Matthias Martinius in Lexico ſuo Philologico, in voce December, ubi ſic loquitur:

tur: *Cæterum, quod ex hac voce & aliis rationibus etiam ſcriptorum nonnullorum auctoritate vulgò exiſtimatur, Romanos olim Decimeſtrem annum habuiſſe; eam opinionem Feneſtella & Licinius Macer, ut antiquitati adverſantem, confutarunt: ita ut Januarius & Februarius olim clauſerint annum, qui nunc inchoant. Varro: Terminalia dies anni terminus, quod is extremus conſtitutus. Duodecimus enim fuit menſis Februarius, &, cum intercalatur, inferiores 5 demuntur menſe. Vide Scal. in fine lib. 2. Emend. temp. ubi oſtendit, apud Romanos olim magnam fuiſſe anni confuſionem, ut non ſemel miratus ſit orbis terrarum, dominam gentem, quæ generi humano leges dabat, ſibi unam legem anni ordinati ſtatuere non potuiſſe: ut poſt hominum memoriam nulla gens in terris ineptiore anni forma uſa ſit.*

7. Denique Johannes Garcæus in tractatu ſuo primo de tempore p. 39. huc inclinare videtur: *Et ſi vero id temerè reprehendendum non ſit*, (ſcilicet Romulum 10 habuiſſe menſes) *tamen & Plutarchus affirmat, non eſſe veriſimile, duos integros menſes à Romulo omiſſos eſſe, cum omnibus gentibus 12 anni menſes in uſu fuerint.*

*Hanc*

*Hanc vero opinionem Macrobii* (de 10 menſibus) *inde natam eſſe veriſimile eſt, quod Romulus annum à Martio incepit, ut nomina menſium ſatis declarant, Quintilis, Sextilis, September, October, November, December, quos ab ordine nomen accepiſſe manifeſtum eſt.* Ubbo autem Emmius p. 27. meritò dubitat, an Scaliger à reliquis tantæ auctoritatis ſcriptoribus rectè diſſentiat, necne.

III. Romulum intercalaſſe omnino ſtatuit Sibrandus Siccama Theſi ſua XI, his verbis: *Nos cum Macro, Feneſtella, aliiſque antiquitatum auctoribus, Romulum omninò ſi non ordinatè, intercalaſſe ſaltem cenſemus, eâ quidem ratione, ut alternis bienniis modo* XXII, *modo* XXIII *dies, ex dierum & horarum, quæ ad explendum annum ſolarem deerant, collectione orti, ante poſtremos 5 Februarii dies intercalarentur.* Hic homo multa dicit, ſed pauca probat. Magnus enim Scaliger p. 177 in hunc modum ſcribit: *Quando autem Romæ primum intercalatum ſit, ne Varro quidem ipſe ſciebat, qui ſcripſit, intercalationis mentionem fieri in quadam cerea tabula ſub Coſſ. L. Pinario & Furio, anno U. C. ducenteſimo primo. Cicero Nu-*

*mam ejus rei auctorem facit, quemadmodum ea omnia, quæ propter vetuſtatem ignorantur, ad auctorem Numam referri ſolent; etiam quæ & ante aut poſt facta ſunt. Scribit enim Cicero in libris de legibus, diligenter habendam rationem intercalandi; idque inſtitutum perite à Numa poſteriorum Pontificum negligentia diſſolutum eſſe.*

IV. Romuli Calendarium, ſuperius duraſſe diximus annos XLV. Sed Adrianus Romanus p. 20 affirmat duraſſe tantum per annos XXXVIII; quot videlicet annis Romulus regnarit. Sed p. 21 ipſe ſcribit ex Caſſiodoro, Romuli regnum duraſſe annos XLI. Et rurſus p. 23 ex Manutio contendit, eum regno præfuiſſe annis XLIII. Quis, quæſo, æquo animo ferat tantam in unius ejuſdemque rei aſſeveratione inconſtantiam?

## CAPUT VII.

*Quomodo Romani intercalarint tertio quoque octennio dies illos ſuos LXVI, de quibus ſuperius actum eſt lib.* I. *c.* VI.

I. Dolendum eſt, à nemine hoc nobis clare ſatis explicatum eſſe. Puteanus

nus quidem cap. xiii ſcribit, iſtos 66 dies materiam præbuiſſe tribus menſibus intercalaribus 22 dierum; ſed non addit, ubi aut quando, hoc eſt, quibus octennii iſtius tertii annis fuerint intercalati.

II. Allatius quæ hic nobis ſomnia obtrudere conatur, ea mihi hactenus approbare non potuit.

III. Primum illud eſt; *Romani tertio quoque octennio, ſive anno 24, non 90 (ut in primo & ſecundo) ſed 66 tantum dies intercalabant, compenſatis 24 diebus, pro illis qui per totidem annos ſupra Græcorum numerum creverant.* Hic dum ait (male ſecutus Lalamantium pag. 164.) *tertio quoque octennio, ſive 24 anno*; peſſimam nobis affert ſynonymiam ſive æquipollentiam; nam

1. Toto cœlo differunt, tertium octennium & annus vigeſimus quartus: nam tertio octennio quidem intercalabantur dies 66, ſed anno 24 plane nihil intercalabatur.

2. Hinc ſequeretur (uti aperte hic dicitur) in uno anno intercalatos fuiſſe dies 66; qui tantum intercalabantur integro tertio octennio.

3. Hinc ſequeretur (quod revera hic

dicitur) ſexaginta ſex dies ſimul & ſemel ſive conjunctim fuiſſe intercalatos quarto biennio; cum revera tantum ſeparatim intercalarentur per tria biennia, & quidem per tres Merkedonios; id quod ipſe Allatius in ſequentibus indicat.

4. Ne jam dicam, illum paulo ante protuliſſe hæc verba: *Romani altero quoque anno dies binos vicenos vel ternos vicenos intercalares repenſabant intercalationibus quatuor. Itaque ſingula octennia habebant biennia* ἐμβόλιμα *quatuor.* Quæ ergo quaternis vicibus intra octennium fieri ſolebant, cur jam hic dicit ſimul & ſemel facta eſſe anno 24, ſeu ut benignius interpretemur, ſolo quarto biennio?

IV. Alterum eſt hoc, quando pagina eadem 220 ait; *Romanos errorem ſuum correcturos, tertio octennio omiſiſſe ultimum Merkedonium, una cum die addititio anni vigeſimi quarti.* Ego contra quæ adferam hæc habeo:

1. In nominando Merkedonio etſi Scaligerum ſequatur pag. 181, in die tamen addititio ſola nititur conjectura. Si ergo conjecturis indulgere licet; nos etiam æque audacter dicimus, Romanos tertio illo octennio per 4 biennia interca-

laſſe

laſſe, vel ſaltem intercalare potuiſſe 16 & 17 dies per vices; unde commodiſſime emergunt dies 66, hoc modo:

16
17
16
17
66

2. Omnes dicunt, Romanos iſto octennio intercalaſſe tantum dies 66, & omiſiſſe 24 dies de 90. Cur ergo Allatius unum diem addititium anni, & ad anni Romani eſſentiam jam pertinentem huc vult pertrahere; cum iſta omiſſio verſata ſemper fuerit circa dies tantum accidentales ſive intercalares?

3. Abſurdum hinc ſequitur. Nam ſi Romani tertio octennio, ut Allatius ait, omiſerunt Merkedonium 23 dierum, & præterea unum anni diem addititium, ſeu diem anni quinquageſimum quintum, tum neceſſario ſequitur, Romanos iſto ultimo octennio per tres Merkedonios intercalaſſe dies 67; videlicet primo biennio 22, ſecundo 23, & tertio vel quarto rurſus 22, quæ ſimul faciunt dies 67. Hoc modo:

22
23
22
———
67

4. Ad quid iſtæ turbæ? Nam etiamſi Allatius forte dicat iſtum unum addititium diem ademptum ſive omiſſum, nihilominus minuere ſummam dierum totius tertii octennii; reſpondebo, iſtam ſummam dierum totius tertii octennii hic reſpici non debere, ſed tantum ſummam 90 dierum intercalarium tertii octennii. Hinc Clar. Gronovius Obſerv. lib. 2. cap. 18. p. 355. expreſſe ſcribit, iſtos 24 dies intercalarios tertio octennio omiſſos fuiſſe; & alteros illos dies 24 (qui intra annos 24 propter diem unum addititium excreverant & abundabant) admodum commode & accurate iterum expleviſſe 90 dies intercalarios tertii octennii. Lalamantius etiam p. 141 ſimiliter ſcribit, dies illos 24 ſubtractos fuiſſe de diebus 90.

## CAPUT VIII.

### *De menſe Merkedonio.*

I. MIrum eſt, dicente Scaligero p. 176, id nomen exſtare apud nullum

lum Latinum ſcriptorem, ſed tantum apud ſolum Grçcum Plutarchum. Qui ipſe tamen diverſimodè adhuc illud ſcribit: in Numa enim vocat Μερκεδῖνον, in Cæſare autem Μερκηδόνιον, à mercede ſolvenda. Iſidoro enim Mercedonius eſt, qui dat mercedem. Hinc Dea Merkedonia, vel Merkedona, quæ præerat mercedibus & penſionibus ſolvendis.

II. Petitus in Miſcellaneis ſuis p. 239. Μερκηδόνιον dici putat à Μὴν, Æolicè μεὶς, Latine *Mer*, & κηδέα, unde κηδένιος, quia ſoliciti ſint de exæquando anno cum Sole qui intercalant aut eximunt. Sed celeberrimus Gronovius noſter Obſerv. p. 374. illum ingenio ſuo ſtrenuè abuſum fuiſſe pronunciat. Hadrianus Junius libello de annis & menſibus p. 58. temeraria perquam audacia mutat Μερκεδῖνον in Ἰντερκιδῖνον, q. d. interjectitium; vide Putean. de Biſſexto cap. 11. & Lexicon Martinii in voce *Mercedonius*. Gyraldus p. 46. ſolum probat Μερκεδῖνος, dicitque apud Plutarchum in vulgatis Græcis & Latinis exemplaribus perperam legi Μερκηδόνιος. Lalamantius p. 23. & 73. diſpici vult, an non vox Merkedonii quodammodo alludat ad deſcriptionem illam

men-

menſis Adar (quod etiam nomen erat menſis intercalaris apud Hebræos) Machab. 2. cap. 15. *Tertia decima menſis Adar, quæ vel potius, qui vocatur voce Syriaca Pridie Mardochæi diei.*

III. Non ſolum autem menſes, ſed etiam dies, Feſto teſte, vocantur Merkedonii, vel Merkedini, uti videre eſt in Calendario Romano; ubi ſæpe habetur hæc nota MERK. & indicat, diem illum eſſe Merkedinum; ſive, eo mercedes ſolvi fuiſſe ſolitas. Tales dies in Quintili notati ſunt VI: in Septembri IV: in Novembri III. Vide omnino Scal. p. 233 & 441. & Putean. de Biſſexto cap. 11.

IV. Menſem Merkedonium quod attinet; ille ſub Numa intercalabatur ſingulis bienniis, ſed cum hoc diſcrimine, quod primo biennio haberet dies XXII; ſecundo autem XXIII. Cujus rei ratio hæc eſt; quod primo biennio in anno lunari deerant tantum dies XXII & horæ XII: ſecundo autem biennio, dies XXII & horæ XXIV, adeoque dies ſolidi XXIII; tot enim diebus ſingulis quadrienniis annus ſolaris ſuperaverat lunarem. Vide typum ejus ſupra lib. 11. c. v.

V. Merkedonius menſis intercalabatur

tur ſemper poſt 23 Februarii, (ut ſuperius ex Macrobio probavimus lib. 1. Sat. c. 13.) quia is ratione intercalationis cenſebatur ultimus anni menſis.

## Caput IX.

*Quo ſenſu menſis Februarius à Macrobio modo vocetur ultimus ſive duodecimus, modo verò ſecundus?*

I. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. XIII, & XII, attento lectori non levem injicit ſcrupulum, quem mirum eſt, à nemine hactenus animadverſum, nedum amotum fuiſſe. Nos ergo videbimus ut qualecunque hic remedium afferamus.

II. Macrobius cap. XIII circa medium ita loquitur: *Omni autem intercalationi menſis Februarius deputatus eſt: quoniam is ultimus anni erat.* In principio autem ejuſdem capitis ita dixit: *Numa hos 56 dies, in duos novos menſes pari ratione diviſit, & de duobus priorem Januarium nuncupavit, primumque anni eſſe voluit, tanquam bicipitis Dei menſem, reſpicientem tranſacti anni finem, futurique principia. Secundum dicavit Februo Deo, quia lu-*

*luſtrationum potens creditur.* Hic poſterior locus primâ fronte pugnare videtur cum priori, ubi Februarius vocatus fuerat ultimus menſis. Sed Macrobius hic Februarium vocat ſecundum, non reſpectu omnium menſium, ſive totius ordinis duodenarii, ſed tantum reſpectu duorum novorum menſium, à Numa additorum, quorum uti Januarius erat primus, ita Februarius ſecundus. Melius ergo Macrobius ita dixiſſet: *De duobus priorem, Januarium nuncupavit; poſteriorem autem dicavit Deo Februo, ultimumque anni eſſe voluit:* Ita enim hanc rem narrat & ſupplet Paulus Marſus in notis ſuis ad Ovid. lib. 2. Faſt. v. 42. Ubi Ovidius etiam indicat, Numam Januarium poſuiſſe primo loco, & Februarium ultimo; ſed Decemviros poſtea Februarium ex ultimo loco tranſtuliſſe in ſecundum. Verba Ovidii ſunt hæc de anno Pompiliano ſive Numæ, & mutatione ejus per Decemviros:

*Sed tamen (antiqui ne neſcius ordinis erres)*
*Primus, ut eſt, Jani menſis, & ante fuit:*
*Qui ſequitur Janum, veteris fuit ultimus anni;*

*Tu*

*Tu quoque ſacrorum, Termine, finis*
*eras.*
*Primus enim Jani menſis, quia janua*
*prima eſt;*
*Qui ſacer eſt imis Manibus imus*
*erat:*
*Poſtmodo creduntur ſpatio diſtantia*
*longo*
*Tempora bis quini continuaſſe viri.*

Paulus Marſus ad hæc verba ita ſcribit: *A Decemviris longè poſt Numam Februarius poſt Januarium numeratus eſt. Status urbis ut à Regibus ad Conſules, ita à Conſulibus ad Decemviros mutatus eſt. Decemviri creati fuere App. Claudius, T. Genutius, L. Sextius, L. Vetruvius, Cajus Julius, A. Mannius, Publius Sulpitius, P. Curiatus, T. Romulus, Sp. Poſthumius. Hos, cum in tertium annum imperium tenuiſſent, Appii libido ſummovit.* Et mox: *Creduntur bis quini. Aliqui dicunt de Decemviris, qui creati fuêre ad inſpiciendos libros Sibyllinos, quod etiam faſtos corrigerent.* Sed in alia omnia diſcedit Antonius Conſtantius Fanenſis; ille enim in eundem Ovidii locum ita commentatur: *Poſtmodo creduntur. Benè creduntur; cum nuſpiam legatur, vel De-*

*Decemviros creatos inſpiciendis libris Sibyllinis, vel qui creati ſunt legibus ſcribendis, Januarium & Februarium conjunxiſſe. Ego is ſum, qui neutros exiſtimem id feciſſe: cum & Ovidius ea de re dubitet, & neminem legerim, à quo certum aliquid tradatur. Creati ſunt Decemviri ſcribendis legibus, ut placet Solino, anno urbis* CCCII; *quo tempore Empedocles Agrigentinus in Philoſophiæ naturalis ſtudio florebat, teſte Aulo Gellio.*

III. Tria itaque Macrobii loca manifeſtè inter ſe pugnare videntur: nempe(1.)lib.1. Saturn. c.12: *Februarius erat Quintili præpoſitus.* (2.) cap.13: *Februarius erat ultimus.*(3.)Ibidem mox: *Ut Februarium omnimodo Martius conſequeretur.* Hanc diſcrepantiam ſi Scaliger advertiſſet, quos non denuò fluctus in ſimpulo moviſſet? Semel enim dicit Macrobius, Februarium fuiſſe ultimum: & huic bis aut ſaltem ſemel contradicit, dum ait; Februarium fuiſſe Quintili præpoſitum; &; poſt Februarium immediatè ſecutum fuiſſe Martium.

IV. Nos ſi velimus hæc tria loca pugnantia inter ſe conciliare (quam reverentiam una cum Clar. Gronovio omninò

nò debemus Macrobio) oportebit nos diſtinguere tempora. Quoniam igitur Numa per annos 43, & quidem in ſumma pace imperavit; ipſe potuit Februarium, initio quidem ultimo, deinde autem (ſecutis temporibus) ſecundo loco collocaſſe. Et hoc eſt, quod innuere ipſe Macrobius videtur in verbis antea ex capite 12 citatis: *Poſt præpoſitos à Numa Januarium & Februarium.* Si enim cum Ovidio ſenſiſſet, dicere debuiſſet; *Januarium quidem initio à Numa, Februarium autem deinceps à Decemviris Quintili fuiſſe præpoſitum.* Primo igitur Januarium & poſtea Februarium potuit tranſponere: nam Plutarchus in Numa refert, quoſdam ſcripſiſſe; *Januarium olim ſub Romulo fuiſſe penultimum, & Februarium ultimum.* Cum Macrobio hac in re parem ponit calculum Auſonius, qui in Eclogario ſuo, & quidem in Monoſtichis de menſibus, ita ſcribit:

*Primus Romanas ordiris Jane Calendas:*
*Februa vicino menſe Numa inſtituit.*

item in diſtichis de eiſdem menſibus:

*Jane nove, primo qui das tua nomina menſi,*

O Jane

*Jane bifrons ſpectans tempora bina ſimul.*
*Poſt ſuperûm cultus, vicino februa menſe,*
*Dat Numa cognatis Manibus inferias.*

Et denique clarius adhuc in ſequente ibidem carmine, recenſente quoteni dies ſint menſium ſingulorum:

*Unus erit tantum duodetriginta dierum:*
*Quem Numa præpoſito voluit ſuccedere Jano.*

V. Varronem ſuperius audivimus dicentem libro ſuo ſecundo de lingua Latina: *Duodecimus enim menſis fuit Februarius.* Quæ certè verba Varronis, ſi cognita habuit Auſonius, ut & illa Ovidii,

*Qui ſacer eſt imis Manibus, imus erat;*

Si, inquam, cognita habuit (ut ſine dubio omni habuit) quî, quæſo, Numæ potuit attribuere prædictam iſtam Februarii in ſecundo loco collocationem; niſi reſpiciat Calendarii Pompiliani, ab ipſomet Numa poſtliminio factam mutationem & correctionem?

VI. Quanquam quæ mira fuerint, ſi Auſonium, quid rei eſſet, neſciviſſe credamus? Ipſe quippe Plutarchus, diligen-

gentiſſimus & acutiſſimus antiquitatum Romanarum indagator, multa his ſimilia ignoravit: v.g. in vita Numæ: Num antiqui Romani ſub Romulo x habuerint menſes, an vero xii? Fueritne Januarius olim primus, an vero undecimus? Ita enim ipſe ſcribit etiam Quæſt. Rom. xix: *Alii ſic tradunt, Decembrem à Martio eſſe decimum, Januarium undecimum, Februarium duodecimum, quo menſe luſtrationibus utuntur, & defunctis parentant anno finiente. Mutato autem ordine Januarium primum factum, quod Calendis Januarii Conſules primi ejectis Regibus Romæ magiſtratum iniverunt.* (Qua de re latius diſſerit & ex Herodiano probationem affert Gyraldus p. 60.) *Probabilius eſt quod alii dicunt: Martium à Romulo, homine bellicoſo Martiſque cupido, & qui Martis filius putaretur, cæteris menſibus præpoſitum eſſe, utpote Martis cognominem. Numam verò pacis ſtudioſum, & qui cives à re bellica ad agriculturam tranſdere cuperet, Januario principem locum aſſignaſſe, Janoque magnos honores detuliſſe, ut qui civilis & terræ colendæ, quam belli fuiſſet ſtudioſior.* Quin imo in vita Numæ de hoc ipſo,
 quod

quod nobis cummaximè in quæſtione eſt, dubitat, dum inquit : *Menſium à Numa ſive additorum, ſive tranſpoſitorum, alter Februarius, quaſi luſtralis quidam dictus eſt, &c. At Januarius, primus menſis, à Jano nomen habet, videturque mihi Numa Martium, quod à Marte diceretur, primo loco moviſſe, ut oſtenderet, omnibus in rebus civilem virtutem bellica potiorem eſſe.* In his ambobus locis (quamvis dubitanter) ſtatuere videtur Plutarchus, ut ſuperius diximus, Romulum habuiſſe 12 menſes; & Numam duorum menſium (Januarii & Februarii) non additionem, ſed tantum tranſpoſitionem inſtituiſſe. Quæ tranſpoſitio facta videtur diverſis temporibus: primo enim Januarius ex penultimo loco tranſlatus fuit in primum: & diu poſt Februarius ex duodecimo ſive ultimo loco in ſecundum. Et ſic inter ſe conciliare poſſumus omnia illa ac diverſiſſima loca auctorum, quando ſtatuimus; fuiſſe aliquando tempus aliquod, quo Januarius fuerit menſis penultimus & Februarius ultimus; aliud item tempus, quo Januarius fuerit primus, & Februarius ultimus; aliud denique

que tempus, quo Januarius fuerit primus, & Februarius ſecundus. Et tria hæc diverſa tempora eſſe potuerunt ſub uno eodemque Numa; nam ſi ipſe Numa (ut cenſet Manutius de intercal. & Gronovius Obſerv. p. 354.) correxit intercalationem anni, ita ut tertio quolibet octennio non 90, ſed 66 dies intercalarentur; quidni etiam ordinem menſium prius inſtitutum, bis terve poſtea, aliter atque aliter corrigere potuit? Suo itaque periculo in Doctrina Temporum ſcripſerit Petavius, Februarium multis ſeculis ultimum fuiſſe.

VII. Diu nobiſcum hæſitavimus, culparene cum Scaligero, an verò defendere cum Gronovio & Allatio Macrobium deberemus. Poſtquam autem vidimus Scaligerum reprehenſorem viciſſim reprehenſum eſſe à Gronovio & Allatio prædictis; ne idem nobis contingeret, meritò alteram humanitatis viam ingreſſi ſumus: ita ut Macrobium vel defenderemus, vel modeſtè excuſaremus in re dubia omniumque difficillima; ſecundum illud Senecæ Epiſt. 82: *Semper quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius*. Si enim Plutarchus ſub Tra-

jano in his talibus fluctuavit; quidni in his ipſis in ſpeciem ſibi contradicentem ſub Honorio Macrobium excuſemus?

VIII. Quomodo Gronovius Scaligerum reprehendat ſuperius diximus. Leo autem Allatius de menſura temporum capite decimo octavo multò adhuc immitius eum tractat: dum ait p. 218: *Joſephus Scaliger, qui, quod non intelligit, ipſe damnat & reprobat, & tanquam falſiſſimum proſcribit, &c. Hæc omnia ex ſola anni Pompiliani ignoratione nata ſunt. Attamen, ſe talia ignoraſſe cum fateri pro modeſtia ſua nollet, nova nobis commenta, quæ nec ſomniavit antiquitas, confingit.* Et p. 222: *Scaliger ſuo more, malâ fide imponit Macrobio aliiſque, eos mentitos & hallucinatos eſſe, & quid non? Hinc argumenta ſibi conſtituit ad eos refellendos. At nuſquam Macrobius, nec alii, quod ego ſcio, hoc dixerunt. Et mirum eſt, Scaligero tale quid excidiſſe, qui auctorum ſententias ita aſſequi ſe exiſtimat, ut nihil ſupra, &c. En verba Macrobii paulo inferius; quæ non puto legiſſe Scaligerum; primis tantum illis & ambiguis contentum.*

IX. Et hactenus quidem de Macrobii

bii locis pugnantibus; in quibus conciliandis expoſui non quid contendam, ſed quid putem; veriora & certiora allaturis libenter obſecuturus. Gaſſendus in Calendario ſuo dubium hoc de Februario etiam movet quidem, ſed non tollit. Μάντις μὲν ἄριστος, ὅστις εἰκάσῃ καλῶς. Iſidorus de natura rerum cap. IV pro inſolentia ſua ſolita hæc affert: *Januarium Romani, Februarium Pompilius addidit.*

X. Johannes de ſacro Boſto in Computo etiam ita ſcribit: *Biſextus interponitur in Februario, quoniam is menſium breviſſimus eſt, & ſecundum rationes prædictas ultimus.* Sed in antedictis nullas rationes reperio; niſi quod recenſuit varia anni principia; nempe Numam annum ſuum incepiſſe à ſolſtitio hiemali, quando Sol ad nos aſcendere incipit; idque ſecundum hæc Ovidii:

*Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima Solis:*
*Principium capiunt Phœbus & annus idem.*

Romulum autem annum inchoaſſe à Martio, circa æquinoctium vernum; & hoc convenire etiam cum Theologia, ſeu præcepto divino Exod. 12. Hæc nihilo-

minus poſtquam legiſſem, cogitare cœpi, poſſe omnino Februarium *ultimum* vocari, reſpectu ſolius intercalationis, ſive reſpectu alterius iſtius anni principii, de quo infra cap. XIV hujus libri pluribus agemus. Quanquam videam quoque, hoc non tollere difficultatem Macrobianam; quia ibi expreſſe mentio fit de reali tranſpoſitione Februarii ſeu præpoſitione ejus ante Quintilem. Abſque hoc ſi foret, dicere poſſemus; forte Februarium ſemper exſtitiſſe in anno, etiam tempore Romuli (ut multi volunt, fatente etiam Plutarcho) & revera fuiſſe ſemper ordine ſecundum; ſed intercalationis reſpectu etiam aliquando habitum dictumque fuiſſe ultimum.

XI. Diu poſtquam hæc ſcripſeram, vidi, ſed per omnia approbare non potui Jacobi Pinonis, Senatoris Pariſienſis, leviſſimum iſthoc remedium, quo vulneri necdum ſatis perpurgato ac ſanato, hanc ſubitariam nimis cicatricem ſuperinducit, libello ſuo de anno Romano p. 16. Non enim certa ſatis ac definita ſunt, quæ ibi ex Plutarcho affert; ſed ab ipſomet Plutarcho multis ultro citroque ventilata argumentis; poſtquam nempe non ex

ſua, ſed ex aliorum mente ea retuliſſet. Sed Pinonem audiamus: *Janum Februumque locando anni principio*. num. 15 „Non
„ deſunt qui exiſtiment, Numam con-
„ ſtituiſſe Januarium & Februarium ul-
„ timos anni menſes: tum ex Ovidio lib.
„ 2. Faſt. ita ſcribente:

*Qui ſequitur Janum veteris fuit ultimus anni:*
*Tu quoque ſacrorum Termine finis eras.*

„ Tum ex M. Tullio 2. de Leg. Corn.
„ Tacito lib. 13 Annal. Varrone lib. 2.
„ de ling. Lat. Plutarcho in Problem. &
„ Macrobio 1. Sat. cap. 19. Sed diverſa
„ ratione hi menſes modo primi, modo
„ ultimi cenſebantur. Quod enim atti-
„ net ad ritus terminaliorum & interca-
„ lationes, de quibus aliquid immutare
„ ſumma religio erat, quoniam hi men-
„ ſes ut novi prioribus additi fuerunt, ea
„ in re pro ultimis habebantur. In cæte-
„ ris autem, veluti in inaugurationibus
„ magiſtratuum & in quibuſcunque ne-
„ gotiis, pro primis anni menſibus habi-
„ ti ſunt ab ipſius Numæ inſtituto. Quod
„ ex iiſdem auctoribus probari poteſt.
„ Primum ex Ovidio 1. Faſt.

*At Numa nec Janum, nec avitas præterit umbras,*
*Menſibus antiquis præpoſuitque duos.*

„ Deinde ex Plutarcho in Numa, ubi „ ait; Numam ordinem menſium immutaſſe, & Martio, qui ante primus „ fuerat, tertium locum tribuiſſe. Item „ in Mario, ubi ait; eum Calendis Januarii, quod initium Romani anni erat, ex „ Africa tranſvectum, conſulatum accepiſſe. Macrobius quoque ipſe 1. Sat. „ cap. 14 ſcribit, Numam Februarium „ ſecundum menſem inſtituiſſe, Februoque Deo, qui luſtrationum potens „ credebatur, dicaviſſe. Sed quid opus „ pluribus, & in re non dubia uti teſtimoniis non neceſſariis? Hæc ille.

XII. Si nobis idem hic liceret, quod Marshamus ſibi ſumit in anno Ægyptiaco, poſſemus dicere; Februarium in anno Politico ſemper fuiſſe ſecundum, ſed in anno ſacro ſive intercalario ſemper fuiſſe, & adhuc eſſe ultimum; & de hoc anno intercalario intelligenda eſſe omnia iſta loca, quæ Februarium ultimum appellant: qualis eſt iſte Varronis: *Duodecimus menſis erat Februarius.* Et ille Feſti: *Februarius menſis dictus, quod tum,*

*id*

*id eſt, extremo menſe anni, populus februaretur, id eſt, luſtraretur ac purgaretur.* Et ille Ovidii:

*Qui ſequitur Janum veteris fuit ultimus anni:*
*Tu quoque ſacrorum Termine finis eras.*

Et ille in fragmentis legum XII Tabularum: *Ut menſis Februarius, qui Numæ inſtituto poſtremus erat, deinceps eſſet: utique eo poſt Terminalia alternis annis eorum dierum, qui ad annuam ſolis rationem deeſſent, intercalatio fieret.* Item Ciceronis ille 2. de Leg: *Sed menſem, credo, extremum anni, ut veteres Februarium, ſic hic* (Decimus Brutus) *Decembrem ſequebatur.* Cujus rei rationem reddit Plutarchus in Problem. Rom. 31. his verbis: *Quid eſt, quod cum cæteri Romani Februario mortuis inferias mittere & parentare conſuevisſent, D. Brutus, ut Cicero ſcribit, id Decembri faciebat? An quia ut veſperi & menſe exacto multi parentare conſueverunt, ſic in fine anni menſe noviſſimo mortuos honore & inferiis proſequebantur?* Hic, ut vides, Decimus Brutus non Februarium, ſed Decembrem pro menſe habebat ultimo. Vide Lalamantium p. 192.

## CAPUT X.

*Quare iſte annus, quo Julius Cæſar Calendarium correxit, vocetur annus confuſionis?*

I. R. Leo Allatius cap. 19. p. 228 ita ſcribit: *Antequam anni Juliani inciperent, ac ordine ſuo recurrerent, unuſque alium exciperet, à Julio annus inſtitutus eſt, quo præteritorum ruinas reſarcire voluit. Confuſionis à re ipſa quod nullum ſervaret ordinem dierum, dictus; vel quod ultimus eſſet in tanta annorum confuſione; vel quod ipſe confuſus futuris ordinem repararet; auctorum tamen varia expoſitione & diſſidio multo confuſior.* Puteanus cap. X in hunc modum ſcribit: *Annus ipſe, quo faſti à Cæſare emendati, confuſionis nomen ad ſe totum traxit. Dies nimirum menſeſque tum maxime turbari, miſceri, confundi debuere, ut in ordinem cogerentur, qui confuſi hactenus fuerant, ac cœlo reſponderent. Quia enim Calendæ tum temporis Januariæ Pompilianæ in tertium Iduum Octobris Julianarum vitio Pontificum retractæ erant, ad verum non pote-*

rant

*rant locum protrudi, niſi totus emendatione annus æſtuaret. Ergo expenſa ſideris utriuſque ratione, à Nonis, Idibus, Calendis, luna remota eſt, ut ſolus Sol luceret, ſolus & annum & menſes & dies radiis ſuis diſtingueret, relictis ſorori noctibus, ut aliquid illæ diei haberent. De confuſione iſta Macrobius lib.* 1 *Satur. cap.* XIV: *ſub ſpecie obſervationis (veterum Pontificum & perverſam intercalationem intellige) emergebat major confuſionis occaſio.* Mox: *Cæſar exordium novæ ordinationis initurus, dies omnes, qui adhuc confuſionem poterant facere, conſumpſit: eaque re factum eſt, ut annus confuſionis ultimus in* 443 *dies tenderetur; imo in* 45, *ut oſtendam.*

II. Duplex ergo eſt ſententia: quidam ſimpliciter hunc annum correctionis Julianæ vocant annum *confuſionis*, quia Cæſar datâ operâ (& ita Scaliger paſſim accipit) confudit & auxit hujus anni dies, ut deinceps illos juſto numero & ordine collocatos haberet, ſecundum curſum Solis: plane ut hortulanus, qui arbores malè diſpoſitas omnes eruit, & in unum acervum conjicit, ut novo deinceps & meliori ordine illas diſponat. Alii autem, ut Ma-

Macrobius, vocant illum annum *ultimum confuſionis*; volentes indicare, diu & per multos annos hactenus fuiſſe dierum & menſium confuſionem fraude ac negligentia Pontificum: & hunc correctionis annum fuiſſe confuſionis iſtius ultimum. Hinc idem Scaliger aliquoties appellat non tantum annum confuſionis, ſed etiam *Januarium confuſionis*. In ſumma: annus confuſionis ſumitur vel de confuſione *communi & diuturna*, *multorum annorum* ſub Pontificibus; vel per excellentiam de confuſione *unius anni* ſub Julio Cæſare, quam inſtituit anno ultimo confuſionis priſtinæ, ſeu anno correctionis Julianæ.

## CAPUT XI.

*An Julius Cæſar annum Solarem perfectum primus invenerit? Quomodo priſtinum lunarem correxerit, detractione an additione?*

I. Annum Solarem Cæſar non invenit primus: populos enim Orientales diu ante eum cognitum habuiſſe inde

de apparet, quia annum ſuum lunarem intercalaverunt & interpolarunt per Epactas, ut cum Solari conveniret. Scaliger lib. 2. Emend. p. 84 idem ſentit, dum ait: *Uſum anni Solaris edicto Cæſaris, ſcientiam autem antiquorum traditioni debemus.* (Confer etiam ejuſdem p. 16. 17. 178. 180. &c.) Cujus rei rationem hanc affert, quia ſolſtitia æſtiva & hiemalia non potuiſſent tam conſtanter conſervaſſe nationes veteres, nec Chaldæi & Meton atque alii Cyclum decennalem potuiſſent deprehendere, niſi anni ſolaris legibus ritè obſervatis. Vid. Berneg. ad Sueton. vit. Jul. cap. 40. ubi idem aſſerit. Miratur Keckermannus lib. 2. Syſt. Aſtronom. c. 4. quare iſtæ gentes non uſæ fuerint anno Solari, ſi illum habuerint cognitum; cum libenter uti ſoleamus eo, quod verum, rectum & commodum præ alio videmus. Sed reſpondere poſſumus; forſan idem illis, ſaltem quibuſdam eorum, accidiſſe quod Medeæ, dicenti;

------ *Video meliora, proboque,*
*Deteriora ſequor.* ------

Quod de Ægyptiis certè verum eſſe ſuperius audivimus, qui, quamvis omnium optimè noviſſent annum ſolarem, tamen cir-

circulos potius cœleſtes, quam illum imitari voluerunt.

II. Alterum quod attinet; num Cæſar additione, an verò detractione annum correxerit; de eo non videtur una omnium opinio. Allatius de menſura temporum contra ſcribit p. 230: *Niſi velimus dicere, Cæſarem annum, detractione dierum, non additione, emendaſſe; quod novum atque inauditum ad hunc diem eſt.* Facit cum hoc & Lalamantius p. 170, ubi bis dicit, *annum laboraſſe inopia*, & ante minus intercalatum fuiſſe quam par eſſet; ideoque Cæſarem tribus menſibus intercalatis defectum impleviſſe. Errat itaque Solinus, qui c. 4, teſte etiam Salmaſio ad Solinum p. 21 ait, *Cæſarem anno, per ſacerdotes aucto, detraxiſſe dies undecim.* Cui nihilominus quodammodo favere videtur Macrobius lib. 1. Sat. c. 13: *Dies ille, quo abundare annum diximus, eorum eſt permiſſus arbitrio, qui faſtis præerant, uti cum vellent, intercalaretur.* Nec non Melanchthon ad epiſt. Cic. ad Ligarium: *Soſigenis additio erat dierum ſuperfluorum, qui ex vitioſis intercalationibus reſtabant.*

III. Qui, quocunque modo, abundantiæ in anno, & dierum ſuperfluorum me-

meminerunt: illi utique Detractionem (etiam tanquam Additionis à ſe nominatæ finem) præſupponere videntur.

IV. Quid autem impediet, quo minus dicamus, annum copia ſimul & inopia laboraſſe, & Cæſarem utroque illo modo (hoc eſt, additione & detractione Sacerdotum) annum Romanum depravatum, correxiſſe etiam detractione ſimul & additione? Nam

1. Detraxit, ſive intercalando, in magno illo confuſionis anno, quaſi in barathro quodam, ſubmerſit & *conſumpſit* (ut Macrobius loquitur lib. 1. Sat. c. 14.) non tantum XXIII dies Merkedonii ordinarii, ſed etiam reliquos LXVIII dies extraordinarios & ſuperfluos, quos in duos menſes diviſos conjecit & quaſi ſubmerſit poſt Novembrem. Licet enim intercalarit ſive addiderit illos anno confuſionis, revera tamen ſequentibus correctis annis in perpetuum hoc ipſo abſtulit.

2. Addidit autem anno jam correcto, ſimul & ſemel dies X; ut ſcilicet ex anno Lunari fieret Solaris; utque pro priſtinis illis diebus 355 contineret dies 365. Quare non XI Epactas pleno ſuo numero addiderit, hæc cauſa eſt, quod Numa

jam imparis numeri gratia unum diem addiderat; ut jam ſuperius dictum eſt.

## CAPUT XII.

*Quot dies Cæſar in correctione ſua anno addiderit? An in anno confuſionis intercalarit Merkedonium? Et, ſi eum intercalarit, paremne, an vero imparem intercalarit?*

I. Primum quod attinet; Suetonius in vita Julii c. 40, non dierum, ſed menſium ſolummodo trium meminit; ait enim, eum intercalaſſe ſive anno addidiſſe duos menſes (inter Novembrem & Decembrem) præter ordinarium Merkedonium, qui fortè in annum iſtum inciderat; adeoque annum iſtum quindecim fuiſſe menſium. Alii autem non menſes, ſed dies numerant; & hi dicunt, annum confuſionis habuiſſe dies 445, ut Cenſorinus, cap. 20. Puteanus cap. x. Philippus Rubens Elect. ſuis. Alii 443, ut Macrobius lib. 1. Sat. c. 14. Sed Lindenbrogius in notis ſuis ad Cenſorinum, in Macrobio mendam eſſe exiſtimat, adeo-

deoque ibi legendum cenſet 445. Samuel denique Petitus Miſcell. p. 248 contendit, in univerſum tantum intercalatos fuiſſe (ſecundum Dionem) dies LXVII: duos enim menſes poſt Novembrem intercalatos, nihil aliud fuiſſe quam duos ordinarios Merkedonios. Idem Petitus p. 261 ſcribit, anno confuſionis intercalatum fuiſſe Merkedonium parem, dierum 22, & poſt Novembrem, unum 23, & alterum 22 dierum; unde ſumma dierum 67 enaſcitur hoc modo:

$$\begin{array}{r} 22 \\ 23 \\ 22 \\ \hline 67 \end{array}$$

Puteanus cap. x ſeparatim hic, neſcio unde, numerat ſeptem ἐπαγομένας. *Neque trecentos*, ait, *quadraginta quatuor dies annus ille habuit; ſed* CCCCXLV. *Calculum pone, dices: Annus Romanus Reipublicæ tempore, diebus, ut ſupra oſtendi, conſtabat* CCCLV: *menſibus verò* XII. *adde Merkedonium illum, teſte Cenſorino, viginti trium dierum poſt Terminalia, & more anni intercalatum: duos item illos adde Cæſaris, inter Novembrem & Decembrem medios, quorum alter, more anni Romani, dies ha-*

*buit* 29, *alter* 31. *denique dies adde ſeptem, anni ſupplementum;& ſimul* 445 *conficies.* Vide & lege omnino quæ ibi ſequuntur. Quid ergo ſtatuemus tandem? Præter Merkedonium imparem in Februario poſt Novembrem Manutius intercalatos ſcribit dies 65. In univerſum autem intercalatos contendit Dion Caſſius dies 67. quod etiam Scaliger probat, & imitator ejus Petitus in Miſcell. Idem tamen Scaliger etiam in univerſum colligit dies 99; ſcil. ex 22 in Febr. & 67 poſt Novembrem: Emmius p. 28 colligit dies 79; ſed refutatur ab Allatio p. 232. ego autem vitium typographicum eſſe ſemper credidi, pro 69. Non audiendus autem Solinus, qui more ſuo abſurdiſſimè nominat hic tantum dies xx. Ego equidem ulterius deliberandum cenſeo; quanquam ſuperius in calculo, unà cum Manutio, poſuerim Merkedonium imparem, & poſt Novembrem dies 65, adeoque in univerſum dies 88.

II. Jam porro; Cæſarem in anno confuſionis intercalaſſe Merkedonium, affirmant quidem diſerte Cenſorinus c. 20, & Suetonius in vita Julii; Scaliger p. 177, & Beroaldus ad Suetonium: ſed negat con-

contra dictator Salmaſius ad Solin. p. 21, ubi etiam hoc nomine reprehendit Cercopithecum, quod ſcripſerit, illum Merkedonium commodum tum in annum incidiſſe. Quomodo autem novam hanc opinionem probare poſſit, equidem ignoro: audacter certè ibi ſcribit; illum intercalandi modum jam dudum exoleviſſe, tranſlata in Sacerdotes intercalandi cura, qui deinceps pro libidine ſua intercalarint. Sed licet aliquando Merkedonium omitterent, an ideo etiam hoc anno omiſerunt? Atqui aliud affirmat Suetonius.

III. Denique diſquirendum reſtat; fueritne iſte Merkedonius in Februario intercalatus, par an verò impar? Imparem ſive dierum 23 expreſſè nominat Cenſorinus c. 20. Sed Scaliger p. 228 parem fuiſſe aſſerit: quem refutat Allatius p. 232. Scaligero ſuo aſſentitur Petitus Miſcel. p. 261. Quid vero noſter Lalamantius? ille p. 170 Merkedonium nobis fingit dierum xxx.

## CAPUT XIII.

*An menſes intercalares (Merkedonius videlicet, & duo illi poſt Novembrem à Cæſare intercalati) habendi ſint pro momento temporis? Cur à pleriſque in ſumma dierum anni confuſionis, omittantur decem illi à Cæſare adjecti? Denique an intercalatio Biſexti à Cæſare inſtituta, fuerit nova, & ab ipſo primum inventa?*

I. DE Merkedonio nota ſunt hæc verba Celſi l. 98. de verb. ſignif.: *Cato putat menſem intercalarem addititium eſſe, omneſque ejus dies pro momento temporis obſervat.* In quæ ita commentatur Johannes Goeddæus p. 790: *Qui menſis* (intercalaris) *etiamſi decimus tertius eſſet numero, attamen ne duo Februarii viderentur haberi, continuo numerabatur cum ipſo Februarii menſe, & totus ille menſis addititius, pars ultimi Februarii diei juris fictione exiſtimabatur.* Et mox iterum: *Ideo extremo diei menſis Februarii*

*rii attribuitur, ut is non antecedat, vel præteriiſſe dicatur, quam ſi totus ille* (menſis intercalaris) *præterierit*.

II. De duobus menſibus poſt Novembrem intercalatis ſimiliter ſcribit Beroaldus ad Sueton. vit. Jul. c. 40, eos pro momento cenſendos eſſe. At meo judicio; quam parum aliquis patentem ſive apertam adhuc quartam circuli alicujus partem explere & claudere poteſt unico puncto, tam parum etiam Cæſar unico momento explere potuit hiatum ſive defectum anni ad tres ferme menſes patentem; hoc eſt, tam parum unico momento adjecto retardare potuit Calendas Januarii inde à Scorpio uſque ad Amphoram; ſive ex decimo tertio Octobris uſque in primum Januarii.

III. De die intercalari ſive biſexto ſimile fert judicium Joh. Goeddæus, dicendo p. 790: *Duo illi dies pro uno computantur, quia bis ſextus Cal. Martii numeratur: primus quidem totus; ſecundus vero pro momento habetur.* Id quod affirmat etiam Lalamantius p. 196. Sed intellige, (ut ſuperius de menſe intercalari ultro faſſus eſt) hoc ita dici non revera, ſed *juris ſolummodo fictione.* Goeddæo

ſuffragari videtur Albericus Gentilis, in lege illa 98 de verb. ſignif. latere exiſtimans argumentationem hujuſmodi à minus veriſimili ad magis veriſimile: *Si totus olim menſis intercalaris habitus fuit pro momento; quidni jam unus ille dies biſextilis?* Sed exſpecto, ut propediem alius inſuper exſurgat, qui, cum his quaſi certamen aliquod inſaniæ ſuſcepturus, clamitet; etiam dies illos x, à Gregorio XIII exemptos, pro ſolo momento habendos eſſe; quicquid etiam in contrarium ex ſtyli veteris & novi oppoſitione ex Calendario noſtro adferatur.

IV. Jam cur ſummæ dierum anni confuſionis non adduntur à Cenſorino, Macrobio, Scaligero aliiſque compluribus, dies illi x, quos Cæſar addidit, ut ex anno Lunari fieret Solaris? R. Dies illi x non additi fuerunt in anno confuſionis, ſed tantum in ſequenti & ſequentibus; ut apparet ex Cenſorino, dicente: *Fecit eum annum Cæſar dierum* 445, *ſimul providens in futurum ne iterum erraretur. Nam intercalario menſe ſublato, annum civilem ad ſolis curſum formavit. Itaque diebus* 355 *addidit* 10, *quos per ſeptem menſes diſtribuit.* Huic conſonat etiam Macrob. lib. 1. Sat.

c. 14.

c. 14. dum inquit: *Ergo Cæſar exordium novæ ordinationis initurus, dies omnes, qui adhuc poterant confuſionem facere, conſumpſit, eaque re factum eſt, ut annus confuſionis ultimus in 443 dies tenderetur. Poſthæc imitatus Ægyptios, ſolum divinarum rerum omnium conſcios, ad numerum ſolis (qui diebus 365 & quadrante curſum conficit) annum dirigere contendit.* Hic vox *poſthæc* annum ſequentem indicare videri queat: diſertè enim Bartholomæus Merula: *Sequenti anno omiſit menſem intercalarem, & addidit dies* x. Adſtipulatur quoque Puteanus libello de Biſſexto cap. x. poſt narrationem de inſertis tribus menſibus intercalaribus: *Atque ita expleto menſe, & ſimul anno, diebus vero* CCCCXLV, *tota in ordinem confuſio redibat. Reliqua jam cura, ut in poſterum, objecto errori repagulo, Solis modum ac dimenſionem annus acciperet, & ſervaret: non, ut hactenus, diebus* CCCLV, *ſed* CCCLXV *volveretur. Quid Cæſar? verbis Cenſorini dicam: diebus* CCCLV *addidit decem, &c.* Convenit cum his Polydorus Virgilius lib. 2. c. 4. p. 108. *At cum illi*, &c. Objici nobis poſſunt verba non ſolum hæc Manutii: *Hanc igitur incon-*

*ſtantiam Cæſar ſuſtulit, additis ad annum Numæ decem diebus & quadrante, qui quatuor annis diem unum facit*; ſed etiam, & quidem inprimis iſthæc Suetonii vit. Julii, c. 40: *Converſus hinc ad ordinandum Reip. ſtatum, faſtos correxit, jam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno competerent. Annumque ad curſum ſolis accommodavit, ut trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet: & intercalario menſe ſublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in poſterum ex Kalendis Januariis nobis temporum ratio congrueret, inter Novembrem & Decembrem menſem, interjecit duos alios: fuitque is annus, quo hæc conſtituebantur*, XV *menſium cum intercalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat.* Ultro fateor, hunc locum eſſe difficilem, quippe in quo primo narratur additio X dierum, & deinde demum adjectio trium menſium intercalarium: nec aliud reſpondere poſſum, quam Suetonium fortaſſis per anticipationem primo loco narraſſe id, quod nihilominus ſciebat ultimo factum fuiſſe; id quod in hiſtoriis ſæpiſſimè accidit.

III. Quæ-

III. Quæri hic quoque ſolet, an intercalatio Biſexti, ſingulis quadrienniis à Cæſare imperata, planè fuerit nova? Reſp. Non fuit nova; ſed retenta tantum fuit eadem antiqua illa, quæ jam ſub Numa ſecundo biennio, ſeu quarto quolibet anno obtinuerat, quando nempe XXII Epactis addebant vigeſimam tertiam, ex quatuor quadrantibus, ſeu quater ſex horis ſuperfluis compoſitam. Alii etiam reſpiciunt hic ſtatuuntque imitationem intercalationis Ægyptiacæ, de qua ſupra dictum lib. II. c. VIII.

## Caput XIV.

*In Calendario Juliano quotuplex initium obſervandum ſit? Et, quare Cæſar annum ſuum non inchoarit ab ipſa bruma?*

I. Auctore Adriano Romano p. 26. *In Calendario Juliano duplex eſt obſervandum principium; unum quidem totius anni, alterum intercalationis. Dum Julius Cæſar annorum ſuorum initium deſumpſit à Januario, ſecutus eſt ordinem menſium veterum, qui à Numa Pompilio fue-*

*fuerat introductus, & annis ferè ſeptingentis uſurpatus: quando verò poſt peractum quadriennium, diem unum intercalari voluit, reſpexit principium menſium in Calendario Romuli deſignatorum, ut à Martio quadriennii circuitum juſſerit numerari, nam quinto die ante Martium proprius erat intercalationis locus, quem etiam Cæſar ſibi obſervandum eſſe putavit. Cum igitur ante principium menſis Martii, in anno confuſionis, inter terminalia & regifugium intercalatum eſſet; voluit Cæſar, ut anno quarto Juliano currente, poſt 23 Februarii, terminalibus ſcilicet jam peractis, biſextum intercalaretur: quia à veteri intercalatione ad id tempus elapſum erat integrum quadriennium.* Hæc obſervatio & diſtinctio planè eſt neceſſaria ad intelligendos rectè auctores, de anno Juliano vario modo ac reſpectu loquentes. Quando enim v. g. Solinus ſcribit; Pontifices poſt mortem Cæſaris ideo de novo iterum corrupiſſe annum Julianum, *quod intercalarent quarto quolibet anno incipiente, non deſinente*; non debemus exiſtimare, quartum illum, initium ſuum ſumpſiſſe à Januario, ſed omnino à Martio: unde quadriennii iſtius circuitus nume-

merandus & incipiendus erat, ut modo audivimus. Quia itaque omnes de anno Juliano ſcribentes, collocant Biſextum in 24 Februarii; ergo adhuc hodiè peculiari ibi ſigno in Calendariis noſtris notari debebat; rubra cyfra videlicet, vel numero majuſculo; ut ab omnibus agnoſci poſſet. Confer omnino Gyraldum p. 50. Alii videntur hic etiam reſpectum habere ad Romuli æquinoctium vernum: ſed id principium non tam certum & accuratum foret quam primus dies menſis Martii. Computus Johannis de ſacro Boſco etiam agnoſcit tria principia in anno (Sicut Talmud in anno Judaico quatuor ſtatuit principia, ut videre eſt in Buxtorfii Syn. Jud. cap. 17. p. 384.) dum
„ ait: Notandum igitur, ſecundum di-
„ verſos diverſa eſſe anni principia. Nu-
„ ma enim Pompilius annum ſuum ince-
„ pit à ſolſtitio hiemali, quoniam tunc
„ (Vide Phyſicam Wendelini p. 696.
„ & Clavium in Sphæram de S. Boſco p.
„ 266.) ad nos Sol aſcendere incipit.
„ Unde Ovidius:

*Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima Solis.*
*Principium capiunt Phœbus & annus idem.* „ Ro-

„ Romulus verò annum incepit à Mar-
„ tio, juxta æquinoctium vernale, quia
„ tunc omnia virent & florent. Secun-
„ dum Theologiam autem annus à Mar-
„ tio digne inchoari videtur, cum mun-
„ dus factus ſit 15 Calend. Aprilis: item
„ præcepto Domini Exod. 12. de Mar-
„ tio dicentis: *Menſis iſte primus erit in*
„ *menſibus anni.* Unde verſus:

*Omnia cum vireant tunc eſt nova tempo-*
*ris ætas:*
*Sic annus per ver incipiendus erat.*

„ Arabes verò annum incipiunt à ſolſti-
„ tio æſtivali, quorum opinio eſt, ſolem
„ factum fuiſſe in Leone. Quidam au-
„ tem annum incipiunt à Septembri,
„ juxta æquinoctium autumnale, quem-
„ admodum Judæi, propter illud Gene-
„ ſis: *Protulit terra herbam virentem, fa-*
„ *cientem fructum juxta genus ſuum:* Sed
„ autumnus eſt tempus fructuoſum: un-
„ de ibi volunt annum incipere, cum à
„ fructibus ſuis annum veterem ſpolia-
„ verunt. Iſtorum autem omnium prin-
„ cipia imitamur in aliquibus, & in ali-
„ quibus mutamus. Nam claves termi-
„ norum, aureum numerum, & literam
„ Dominicalem incipimus à Januario.
„ Con-

„ Concurrentes & Regulares ſolares à
„ Martio; à Septembri vero Epactas &
„ Regulares lunares, ſecundum quoſ-
„ dam Emboliſmos: unde verſus:

*Aureus in Jano numerus, claveſque no-*
*vantur,*
*Litera ſic Domini novat, & Biſſextus*
*eandem.*
*Mars concurrentem renovat, September*
*Epactas.*

Vide quoque Polyd. Virg. lib. 2. c. 4. Et Alex. ab Alex. lib. 3. c. 24. Necnon Gyraldum p. 62. Et Scal. p. 41. Qui duo poſteriores obiter etiam oſtendunt; in anno, tanquam in circulo, proprie loquendo nullum eſſe principium; ſeu illud non dari φύσει, ſed tantum θέσει. Et nihilominus Scaliger ibidem anni principium dividit in naturale & populare. Quin imo in periodo Græca etiam naturale principium dari aſſeverat. Vide etiam Scal. p. 440.

II. Præterea mirantur nonnulli, quare à Januario, & non ab ipſa potius bruma annum ſuum auſpicatus fuerit Julius Cæſar? Sed his quoque abundè, niſi fallor, ſatisfaciet doctiſſima & jucundiſſima iſthæc Puteani diſſertatio libro de Biſ-

Biſſexto cap. x ſub finem: *Unum etiam fuiſſe Cæſarem, & ſingularem cogita, qui poſſet omnia: cujus cum in omnibus ingenium laudes, in uno conſilium mireris. Cur enim, ut cœli limites annus reciperet, initium Brumam non habuit?*

Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima Solis.

*Nonne potius*

Principium caperent Phœbus & annus idem?

*Verus hic temporis cardo erat, verum ſolis initium, Vera*

Anni tacitè labentis origo.

*Poterat hic etiam ſeptem diebus Cæſar parcere; ſolis autem ſexaginta annum implere: poterat omnem temporis inconſtantiam vincere, omnem in poſterum errorem coërcere. Quid pulchrius erat, quam, Sole ſurgente (ſurgebat autem* VIII *Cal. Januarias, teſte Servio) naſci annum? menſes præterea ſignis reſpondere? Sed profecto opportunum ille duxit, utriuſque habere rationem ſideris, cum uni imperium daret: tranſire Brumam, & Novilunium amplecti, quod ſeptem hoc anno diebus ſequebatur. Non fruſtra Macrobius lib.* I. *Sat. cap.* 14. Annum civilem Cæſar, adhibi-

hibitis ad Lunam dimenſionibus, conſtituit. *Et quam ob cauſam? ut facilius introduceret. Pleræque enim gentes, quia annum ſuum hoc tempore, & illum Lunæ, à Kalendis Januariis computabant, promptiores ad illum Solis recipiendum futuri erant; quia à Luna non recedebat. An decepti ſint neſcio: ſed quia in novo ac non ſuo, idem initium invenêre, ſuum arbitrati ſunt: amplexi novum, quia Cæſaris erat; quia illius, qui jubere poterat.* Hæc Puteanus.

## Caput XV.

### *Quam variè varii recenſeant ea, quæ Jul. Cæſar in correctione anni præſtitit.*

I. Non modo jucundum, ſed multis quoque modis utile, tum aliis, tum nobis; tam alibi, quam etiam in hoc opere erit, noſſe omnium, aut ſaltem plurium hac de re ſententias: Appianus itaque de bello civili lib. 2. breviſſimè illius meminit, dum inquit: Τὰ δὲ ἐγένοντο καὶ εἰς ἐπιστήμην τῆς ἀρετῆς τῆς τε πατρίου καὶ Ἑλληνικῆς καὶ ξένης, φιλόκαλοι· τὰ μὲν Ἰνδῶν Ἀλέξανδρος ἐξετάζων τοὺς Βραχμᾶνας, οἳ δοκοῦσιν

Ἰνδῶν εἶναι μετεωρολόγοι τε καὶ σοφοὶ, καθὰ Περσῶν οἱ Μάγοι· τὰ δὲ Αἰγυπτίων ὁ Καῖσαρ, ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενος, καθίστατο Κλεοπάτραν· Ὅθεν ἄρα καὶ τῶν εἰρηνικῶν πολλὰ Ῥωμαίοις διωρθώσατο, καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ἀνώμαλον ἔτι ὄντα διὰ τοὺς ἔσθ᾽ ὅτε μῆνας ἐμβολίμους (κατὰ γὰρ σελήνην αὐτοῖς ἠριθμεῖτο) ἐς τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον μετέβαλεν, ὡς ἦγον Αἰγύπτιοι· *Scientiarum etiam fuêre amatores, tam patriarum quam Græcarum externarumque: Alexander cum Brachmanis collocutus, qui habentur Indorum ſubtiliſſimi & ſapientiſſimi, ſicut Perſarum magi: Cæſar cum Ægyptiis quando præſens Cleopatram reduxit in regnum: quapropter etiam in pace multa apud Romanos correxit: & annum ad id ætatis inæqualem propter intercalares menſes (nam ratione lunari utebantur) juxta ſolis curſum ordinavit, auctoribus Ægyptiis.*

II. Dion CaſſiusHiſt. Romanæ lib. 43. pag. 226: Ταῦτά τε ἐνομοθέτησε, καὶ τὰς ἡμέρας τῶν ἐτῶν οὐ πάντη ὁμολογούσας σφίσι (πρὸς γὰρ τὰς τῆς σελήνης περιόδους ἔτι καὶ τότε τοὺς μῆνας ἦγον) καθεστήσατο ἐς τὸν νῦν τρόπον, ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβαλὼν, ὅσαι περ ἐς τὴν ἀπαρτιλογίαν παρέφερον. Ἤδη μὲν γάρ τινες καὶ πλείους ἔφασαν ἐμβληθῆναι· τὸ δὲ ἀληθὲς οὕτως ἔχει.

τοῦτο

τοῦτο δὲ ἐκ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς ἔλαβε, πλὴν καθ᾽ ὅσον ἐκεῖνοι μὲν τριακονθημέρους τοὺς μῆνας λογίζονται, ἔπειτα ἐπὶ παντὶ τῷ ἔτει τὰς πέντε ἡμέρας ἐπάγουσιν. Ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ ἐς μῆνας τε ταύτας τε καὶ τὰς ἑτέρας δύο, ἃς ἑνὸς μηνὸς ἀφεῖλεν, ἐνήρμοσε τὴν μέντοι μίαν τὴν ἐκ τῶν τεταρτημορίων συμπληρουμένην, διὰ τεσσάρων καὶ αὐτὸς ἐτῶν ἐσήγαγεν. ὥστε μηδὲν ἔτι τὰς ὥρας αὐτῶν, πλὴν ἐλαχίστου, παραλλάττειν. Ἐν γοῦν χιλίοις καὶ τοῖς τετρακοσίοις, καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑνὶ ἔτει μιᾶς ἄλλης ἡμέρας ἐμβολίμου δέονται). Καὶ ταῦτα μέντοι πάντα ἄλλα ὅσα ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ἐβουλεύετο, οὔτ᾽ ἰδιογνωμῶν οὔτ᾽ ἰδιοβουλῶν ἔπραττεν, ἀλλὰ πάντα δὴ πάντως τοῖς πρώτοις τῆς βουλῆς, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ πάσῃ αὐτῇ, ἐπεκοίνου. Hoc eſt: *Jam quum annorum dies invicem ſibi non ſatis congruerent (eo enim tempore etiamnum lunæ revolutionibus menſes æſtimabant) annum Cæſar ad eum, qui hodie obſervatur, modum inſtituit, intercalatis ſeptem ac ſexaginta (quamvis alii falſo plures perhibuerint) qui ad ſummam exactam requirebantur, diebus. Eam rationem ipſe dum Alexandriæ verſaretur, addiderat: quamvis hoc variat, quod Alexandrinis unusquiſque menſis 30 diebus conſtat, deinde in ſingulos annos 5 dies adduntur. Cæſar & eos 5 dies, & inſuper*

 *duos*

*duos alios, quos uni menſium detraxerat, relìquis menſibus coaptaverat: diem quoque illam, quæ ex dierum quadrantibus conficitur, ad quartum quemque annum (tribus in medio annis omiſſis) appoſuit, ut jam ne in horis quidem annorum error, niſi perquam exiguus incidere poſſit: qui tantus eſt, ut intercalatione unius diei milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo quoque anno indigeat. Hæc omnia Cæſar, quæque alia de Republica ſtatuit, non proprio conſilio, ſed ſemper communicata prius re cum primoribus Senatus, aut toto aliquando ordine decrevit.* Joh. Xiphilinus hæc breviter etiam repetit ex eodem Dione in vita Cæſaris p. 24.

III. Plutarchus in Julio ita ſcribit, mihi p. 1349. ἡ δὲ τοῦ ἡμερολογίου διάθεσις, καὶ διόρθωσις τῆς περὶ τὸν χρόνον ἀνωμαλίας, φιλοσοφηθεῖσα χαριέντως ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τέλος λαβοῦσα, γλαφυρωτάτην παρέσχε χρείαν. οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ χρόνοις τεταραγμέναις ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι ταῖς τῶν μηνῶν πρὸς τὸν ἐνιαυτὸν περιόδοις, ὥς τε τὰς θυσίας καὶ τὰς ἑορτὰς ὑποφερομένας κατὰ μικρὸν, εἰς ἐναντίας ἐκπεπτωκέναι τοῖς χρόνοις ὥρας, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν τότε οὖσαν ἡλιακὴν οἱ μὲν ἄλλοι παντάπασι τούτων ἀσυλλογίστως εἶχον, οἱ δὲ ἱερεῖς μόνοι τὸν καιρὸν εἰδό-

εἰδότες, ἐξαίφνης καὶ προηθημένου μηδενὸς τὸν ἐμβόλιμον προσέγραφον μῆνα, Μερκηδόνιον ὀνομάζοντες, ὃν Νομᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος ἐμβαλεῖν λέγεται, μικρὰν καὶ διατείνουσαν οὐ πόρρω βοήθειαν ἐξευρὼν τῆς περὶ τὰς ἀποκαταστάσεις πλημμελείας, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται. Καῖσαρ δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων καὶ μαθηματικῶν τὸ πρόβλημα προθεὶς ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἤδη μεθόδων ἔδειξεν ἰδίαν τινὰ καὶ διηκριβωμένην μᾶλλον ἐπανόρθωσιν, ᾗ χρώμενοι μέχρι νῦν Ῥωμαῖοι δοκοῦσιν ἧττον ἑτέρων σφάλλεσθαι περὶ τὴν ἀνωμαλίαν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τοῖς βασκαίνουσι καὶ βαρυνομένοις τὴν δύναμιν αἰτίας παρεῖχε· Κικέρων γὰρ ὁ ῥήτωρ (ὡς ἔοικεν) φήσαντός τινος αὔριον ἐπιτέλλειν Λύραν, Ναὶ (εἶπεν) ἐκ διατάγματος· ὡς καὶ τοῦτο πρὸς ἀνάγκην τῶν ἀνθρώπων δεχομένων. Hoc eſt: *Anni vero correctio, & inæqualitatis faſtorum emendatio eleganter ab eo excogitata & abſoluta, uſum habuit gratiſſimum. Non enim antiquitus modo Romani menſes habuerunt ad anni circuitum non congruentes: (quo efficiebatur, ut ſacra & feriæ paulatim à conſtituto die decedentes, in diverſam adeo anni partem deferrentur) ſed & ſolaris anni ratio, qua utebantur Cæſaris ætate, omnibus præter ſacerdotes ignota erat, iique ſoli eam cogni-*

*gnitam habentes, ſubito, ac præſentiente nemine menſem intercalarem adjiciebant, qui & Mercedonius dicitur. hunc autem primus omnium Numa rex inveniſſe traditur, auxilium ad errores & confuſionem tollendam exiguum, neque durabile, uti eſt in ejus vita à nobis demonſtratum. Sed Cæſar præſtantiſſimis philoſophis atque mathematicis eam quæſtionem propoſuit, & ex methodis jam tum inventis, peculiarem quandam & abſolutam emendationem eruit: qua etiamnum utuntur Romani, minuſque reliquis temporum inæqualitate laborare videntur. Neque tamen id inſtitutum eorum, qui potentiæ ipſius æmulabantur, reprehenſiones effugit: cum & Cicero dicente quodam Lyram poſtridie orituram: Nimirum (inquit) ex edicto: tanquam hic quoque neceſſitatem hominibus Cæſar impoſuiſſet.*

IV. Plinius Hiſt. natural. lib. 18. cap. 25. ſic ſcribit: *Tres fuêre ſectæ* (Aſtronomorum) *Chaldæa, Ægyptia, Græca. His addidit apud nos quartam Cæſar Dictator, annos ad Solis curſum redigens ſingulos, Soſigene perito ſcientiæ ejus adhibito. Et ea ipſa ratio poſtea comperto errore correcta eſt, ita ut duodecim annis conti-*

*nuis non intercalaretur, quia cœperat ſidera annus morari, qui prius antecedebat. Et Soſigenes ipſe trinis commentationibus, quanquam diligentior eſſet cæteris, non ceſſavit tamen addubitare ipſe ſemet corrigendo. Auctores prodidêre ea, quos prætexuimus volumini huic* (ſcil. numero 52) *raro ullius ſententia cum alio congruente. Minus hoc in reliquis mirum, quos diverſi excuſaverint tractus. Eorum qui in eadem regione diſſedere, unam diſcordiam ponemus exempli gratiâ. &c.*

V. Macrobius lib. 1. Sat. cap. 14. ſic ſcribit: *Verum fuit tempus, cum propter ſuperſtitionem intercalatio omnis omiſſa eſt: nonnunquam verò per gratiam Sacerdotum, qui publicanis proferri vel imminui conſulto anni dies volebant, modo auctio, modo retractio dierum proveniebat: & ſub ſpecie obſervationis emergebat major confuſionis occaſio. Sed poſtea C. Cæſar omnem hanc inconſtantiam temporum vagam adhuc & incertam, in ordinem ſtatæ definitionis coëgit, adnitente ſibi M. Flavio ſcriba, qui ſcriptos dies ſingulos ita ad Dictatorem retulit, ut & ordo eorum inveniri facillimè poſſet, & invento certus ſtatus perſeveraret. Ergo C. Cæſar exordium novæ*

*ordinationis initurus, dies omnes qui adhuc confuſionem poterant facere conſumpſit: eaque re factum eſt ut annus confuſionis ultimus in quadringentos quadraginta tres dies tenderetur. Poſt hæc imitatus Ægyptios, ſolos divinarum rerum omnium conſcios, ad numerum Solis, qui diebus tricenis ſexaginta quinque & quadrante curſum conficit, annum corrigere contendit.* Et mox: *Julius ergo Cæſar decem dies obſervationi veteri ſuperadjecit; ut annum trecenti ſexaginta quinque dies, quibus Sol Zodiacum luſtrat, efficerent: & ne quadrans deeſſet, ſtatuit, ut quarto quoque anno ſacerdotes, qui curabant menſibus ac diebus, unum intercalarent diem, eo ſcilicet menſe ac loco, quo etiam apud veteres intercalabatur, id eſt, ante quinque ultimos Februarii menſis dies, idque biſſextum cenſuit nominandum. Dies autem decem, quos ab eo additos diximus, hac ordinatione diſtribuit: in Januarium & Sextilem &c.* Vide ſupra de intercalatione Cæſaris.

VI. Cenſorinus de die natali cap. 20: *Quod delictum ut corrigeretur* Pontificibus *datum eſt negotium, eorumque arbitrio intercalandi ratio permiſſa. Sed horum plerique,*

*rique, ob odium vel gratiam, quo quis magiſtratu citius abiret, diutiuſque fungeretur, aut publici redemptor ex anni magnitudine, in lucro damnove eſſet, plus minuſve ex libidine intercalando, rem ſibi ad corrigendum mandatam, ultro depravarunt. Adeoque aberratum eſt, ut C. Cæſar Pontifex Maximus, ſuo tertio & M. Æmilii Lepidi conſulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menſes intercalarios dierum* 67 *in* (inter) *menſem Novembrem & Decembrem interponeret, cum jam menſe Februario dies tres & viginti intercalaſſet, faceretque eum annum dierum* 445, *ſimul providens in futurum, ne iterum erraretur: nam intercalario menſe ſublato, annum civilem ad ſolis curſum formavit. Itaque diebus* 355 *addidit* 10, *quos per ſeptem menſes, qui dies undetricenos habebant, ita diſtribuit, ut Januario & Sextili & Decembri bini accederent, cæteris ſinguli: eoſque dies extremis partibus menſium appoſuit, ne ſcilicet religiones ſui cujuſque menſis à loco ſummoverentur. Quapropter nunc cum in ſeptem menſibus dies ſinguli & triceni ſint, quatuor tamen illi, ita primitus inſtituti, quod Nonas habent ſeptimanas* (hoc eſt, in diem ſeptimum menſis inci-

dentes) *cæteri quintanas. Præterea pro quadrante diei, qui annum verum ſuppleturus videbatur, inſtituit, ut peracto quadriennii circuitu dies unus, ubi menſis quondam ſolebat, poſt Terminalia intercalaretur: quod nunc Biſextum vocatur.*

VII. Suetonius in vita Julii cap. 40 ita breviter hanc rem perſtringit: *Converſus hinc ad Reipublicæ ſtatum faſtos correxit, jam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno competerent. Annumque ad curſum ſolis accommodavit, ut trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet, & intercalario menſe ſublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur: Quo autem magis in poſterum ex Kalendis Januarii nobis temporum ratio congrueret, inter Novembrem & Decembrem menſem interjecit duos alios: fuitque is annus, quo hæc conſtituebantur, quindecim menſium, cum intercalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat.*

VIII. Ovidius 3. Faſt. v. 155. --- 167.

*Sed tamen errabant etiamnum tempora; donec*
*Cæſaris in multis hæc quoque cura fuit.*

*Non*

*Non hæc ille Deus tantæque propaginis auctor*
*Credidit officiis eſſe minora ſuis:*
*Promiſſumque ſibi voluit prænoſcere cœlum:*
*Nec Deus ignotas hoſpes inire domos.*
*Ille moras Solis, quibus in ſua ſigna rediret,*
*Traditur exactis diſpoſuiſſe notis.*
*Is decies ſenos tercentum & quinque diebus*
*Junxit, & è quino tempore quarta die.*
*Hic anni modus eſt. in luſtrum accedere debet,*
*Quæ conſumatur partibus, una dies.*

IX. Lucanus lib. 10. v. 172. --- 193.

*Poſtquam epulis, Bacchoque modum laſſata voluptas*
*Impoſuit, longis Cæſar producere noctem*
*Inchoat alloquiis: ſummaque in ſede jacentem*
*Linigerum placidis compellat Achorea dictis:*
*O ſacris devote ſenex, quodque arguit ætas,*
*Non neglecte Deis, Phariæ primordia gentis,*
*Terrarumque ſitus, vulgique ediſſere mores,*

*Et*

*Et ritus, formaſque Deûm: quodcunque vetuſtis*
*Inſculptum eſt adytis profer, noſcique volentes*
*Prode Deos. ſi Cecropium ſua ſacra Platonem*
*Majores docuêre tui: quis dignior unquam*
*Hoc fuit auditu, mundique capacior hoſpes?*
*Fama quidem generi Pharias me duxit ad urbes,*
*Sed tamen & veſtri: media inter prælia ſemper*
*Stellarum, cœlique plagis, Superiſque vacavi,*
*Nec meus Eudoxi vincetur Faſtibus annus.*
*Sed cum tanta meo vivat ſub pectore virtus,*
*Tantus amor veri, nihil eſt quod noſcere malim*
*Quam fluvii cauſas per ſecula tanta latentes,*
*Ignotumque caput: ſpes ſit mihi certa videndi*
*Niliacos fontes; bellum civile relinquam.*

X. Solinus Polyhiſtor cap. 3: *Quod cum*

*cum in initio Romani probaſſent, contemplatione numeri parilis offenſi neglectum brevi perdiderunt, tranſlata in Sacerdotes intercalandi poteſtate, qui plerumque gratificantes rationibus publicanorum, pro libidine ſua ſubtrahebant tempora vel augebant. Cum hæc ſic forent conſtituta, moduſque intercalandi interdum fieret minutior, interdum auctior, vel omninò diſſimulatus præteriretur, nonnunquam accidebat, ut menſes, qui fuerant tranſacti hieme, modo in æſtivum, modo in autumnale tempus inciderent. Itaque C. Cæſar univerſam hanc inconſtantiam, inciſa temporum turbatione, compoſuit, & ut certum ſtatum præteritus acciperet error, dies* 21 *& quadrantem ſimul intercalavit, quo pacto regradati menſes, de cætero ſtatuta ordinis ſui tempora detinerent. Ille ergo annus ſolus* 344 *dies habuit. Alii deinceps* 365 *& quadrantem.*

XI. Ex recentioribus Manutius quæſitis per epiſtolam decuria prima cap. 3. pag. 195. ita ſcribit: *Hanc igitur inconſtantiam C. Cæſar, tertium Conſul, pro jure & officio ſuo, quia Pontifex Maximus erat, ſuſtulit, additis ad annum Numæ decem diebus & quadrante, qui quatuor*

*tuor annis diem unum facit. Itaque neceſſaria fuit quadriennio quoque unius diei, ex quatuor quadrantibus confecti, intercalatio, quæ hodie quoque obſervatur, ut ſolis curſus æquaretur. Is dies poſt 24 Februarii diem interponitur, qui ſexto Calendas dicitur, quo anno dies 29 in eo menſe numerantur. Sed ut annus cum curſu ſolis incideret, qui uſque eo progreſſus erat Sacerdotum incuria vel fraude, ut æquinoctium (quod eſſe debebat ad Græcam Ægyptiamque rationem, quam Cæſar ſpectabat, die Martii 25 vel 26: nam 25 Martii notant æquinoctium Columella, Plinius & marmorea duo Calendaria) incideret in diem Maji 17 (ut ex epiſtola 15. lib. 10. ad Atticum intelligitur) intercalavit Cæſar dies 65: nam in Dione, qui dies 67; & in Cenſorino, qui dies 68 nominat, opinor eſſe mendum. Ratio enim rectè conſtat, ſi legatur 65, nam ad dies 355, qui erat annus Numæ, additis à Sacerdotum collegio, primum diebus ordinariis intercalaribus 23, ut ait Cenſorinus, deinde à Cæſare extra ordinem diebus 65, qui diſpertiti ſunt duobus menſibus intercalaribus inter Novembrem & Decembrem;*

*brem, fiunt in anno dies 443: quo numero dierum aſſirmat Macrobius fuiſſe ultimum illum confuſionis annum, quem Cæſar ad ſolis curſum redegit. Suetonius dies illos, qui biennio quoque 22 aut 23 à Pontificibus intercalabantur, menſem intercalarium vocat. Sublatum à Cæſare menſem intercalarium Suetonius dicit, quia redacto ad curſum ſolis anno, nihil deinde opus intercalatione illa vel 22 dierum priori biennio, vel poſteriori: quæ menſis intercalarius vocabatur, licet dierum numero menſem non æquaret. Scrupulus ille remanet, quomodo Cæſar intercalationem fecerit dierum ſexaginta quinque; quod videri poteſt, non omnino neceſſarium, quia ſi retrahendum erat æquinoctium à die 17 Maji (in quem diem incidit primo belli civilis anno) ad diem 25 Martii, ſatis erat interponere dies 52. R. Id quod non modo veriſimile, ſed etiam neceſſarium videbatur: quemadmodum ante primum belli civilis annum mutatus erat æquinoctii dies, tranſductuſque à die 25 Martii, ad diem 17 Maji, Pontificum culpa, qui ſuo arbitratu, ut dixi, intercalationibus uterentur,*

*ſic*

*ſic à primo belli civilis anno, quo C. Marcellus & L. Lentulus conſulatum geſſère, ad quartum annum quo Cæſar tertium conſul fuit, eadem culpa protruſum eſſe æquinoctium dies 13 ultra diem 17 Maji.*

XII. Philippus Melanchton in explicatione ſua doctiſſima ſuper epiſtolam Cic. 14. lib. 6. Fam. ita ſcribit anno 1537: *Intercalatio tum fiebat altero quoque anno, ita ut adderetur menſis dierum 22, quem Plutarchus vocat Mercedinum. Animadverſum eſt poſtea, neque hac intercalatione expleri curriculum ſolis. Quia lunæ motus eſt varius. Erat igitur ratio vitioſa intercalationis, ſed cum veniſſet in Ægyptum Cæſar, & ut fuit ingenio heröico, audiſſet, qualis in Ægypto eſſet anni deſcriptio, quam erudita annorum ratio, quæ ſtudia cœleſtium motuum, inde ſecum abduxit Mathematicum Soſiginem, quem ſæpe citat Ptolomæus. Romæ igitur, abolita veteri deſcriptione anni, inſtituit Ægyptiacam, qua hodiè utimur. Et hic noſter annus, quo nunc utimur, vocatur à Mathematicis Julianus. Habemus igitur anni deſcriptionem aptam & commodam Julii beneficio. Priuſquam ille Julianus annus inchoabatur, ſuper-*

*perflui dies, qui ex vitioſis intercalationibus annorum ſuperiorum multorum fuerant reliqui, erant addendi ſuperiori anno, ut deinceps certum inſtitueretur anni initium ac perpetuum. Conſtat autem ex Suetonio in Cæſare, illum annum, quo facta eſt emendatio, habuiſſe menſes quindecim: & addit cauſam Suetonius, quia uſitata intercalatio, & illa Soſigenis additio inciderant in eundem annum. Ergo prior intercalatio eſt Soſigenis additio dierum ſuperfluorum, qui ex vitioſis intercalationibus reſtabant: Altera intercalatio erat uſitatus menſis dierum* 22.

XIII. Johannes Garcæus tractatu primo de Tempore ita ſcribit: *Tandem cum anni ratio eſſet perturbata, excitavit Deus Julium Cæſarem, qui cum aſtronomicæ doctrinæ eſſet peritiſſimus, quam in Ægypto Alexandriæ didicerat (ubi, Dione lib. 43. Hiſt. teſte, aliquandiu vixit) ad meliorem formam annum redegit, quem ex Ægyptiaco & Græco compoſuit. Ægyptios enim ſecutus eſt (ut Macrobius, Appianus & Dion ſcribunt) additione quinque epactarum; Græcos autem intercalatione unius diei. Hinc, ut vitaret vagationem menſium, per omnes anni partes*

*certo modo civibus proponendas; & prohiberet, ne æquinoctia & ſolſtitia ſuis ſedibus brevi tempore longo ſpatio dimoverentur, opera Soſigenis Mathematici annum ad curſum ſolis tantum, neglecta luna, accommodavit. Unde Suetonius in Cæſare inquit: Faſtos correxit. &c. Hac ergo forma hodie utimur, & dies anni numeramus in politicis negotiis; quam novam ordinationem aggreſſus eſt Julius Cæſar Pontifex Maximus tertio ſuo conſulatu, collega M. Æmilio Lepido, anno ab urbe condita* 708, *anno quarto Olympiadis* 183, *ſub initium anni tertii ſuæ Monarchiæ, adjutus à Soſigene motuum cœleſtium perito, & M. Flavio ſcriba, qui ſcriptos dies ſingulos ita ad Dictatorem retulit, Macrobio teſte, ut & ordo eorum facillimè inveniri poſſet, & invento certus ſtatus perſeveraret. Intercalario autem menſe ſublato, annum civilem ad curſum ſolis ita formavit, ut pro quadrante reſiduo, qui annum verum ſuppleturus videbatur, dies unus, peracto quadriennii circuitu, poſt terminalia, vel* 23 *diem Februarii, ubi quondam menſis ſolebat, intercalaretur. Unde, quod in anno, bis ſexto Calendas Martii diceretur, biſſextilis annus nominatus eſt, & dies habuit*

*buit 366. Reliqui tres, uno die minores, communes vocabantur. Hæc anni ratio ſapientiſſimè excogitata eſt. Unde de ea ipſe Cæſar apud Lucanum gloriatur. Ex hoc anno à Cæſare ordinato, Juliani anni dicuntur, Cenſorino teſte; qui, etiamſi non optimi, ſoli tamen ad annum naturæ adaptati, & ad hanc uſque ætatem in omnibus ferè imperiis conſervantur. Hunc annum publicavit Cæſar publico edicto anno ab Urbe Condita 709. Ante Chriſtum natum 44, vel 45, ſi annum, quo Dominus natus eſt, ſimul comprehendas.*

XIV. Carion in Chronico ſuo, à Philippo Melanchthone & Caſparo Peucero aucto, lib. 2. p. 340. ita ſcribit de Cæſare: *Recepta Hiſpania, & pacatis omnibus Provinciis, Romam menſe Octobri rediit, ubi ei novi honores decreti ſunt, ut Dictator perpetuus & Imperator nominaretur, & ſacroſanctus eſſet; id eſt, inviolabilis,* ἱερὸς καὶ ἄσυλος, *& ut magiſtratus jurarent in ipſius acta. Ita ſumma poteſtas ei attributa eſt univerſæ gubernationis. Eo tempore leges Julias tulit. Et annum ordinavit, quo hactenus univerſa poſteritas uſa eſt, qui & annus Julianus appellatur, cujus rationem perturbatam in bellis civi-*

*libus Auguſtus reſtituit. Nam ante Julium Romani menſibus duodecim lunaribus annum finiebant, & quia ſuperſunt* XI *dies, qui nominantur* Ἐπάκται, *intra octo annos addebantur tres menſes intercalares, quod nominabant* ὀκταετηρίδα, *ita, ut tres anni poſtremi haberent ſinguli tredecim menſes.* (Quiſquis tandem horum eſt auctor, miror equidem non parum, unde nobis afferat novam hanc Numæ, aut certe Romanorum ante Cæſarem intercalandi rationem, quæ inter tot alias hactenus à nobis enumeratas formas ſui ſimilem non habet. Videtur quidem aliquatenus alludere ad conſuetudinem Græcorum; verum illi, ut notum eſt, non poſt ſingulos tres octennii ſui annos, quod hic dicitur, menſem intercalarem interſerebant, ſed poſt ultimum octennii ſui annum ſimul & ſemel intercalabant tres menſes intercalares dierum triginta.) *Hæc ratio cum eſſet confuſior, nec initia annorum in diem certum inciderent, Julius hanc Politici & Solaris anni rationem de conſilio Soſigenis Mathematici inſtituit, quem ex Alexandria Romam duxerat; nam in imperiis certam annorum rationem eſſe, propter multas magnas cau-*

*ſas,*

*ſas, judicia, contractus, hiſtorias, neceſſarium eſt.* Omitto Gyraldum, Ubbonem Emmium, Leonem Allatium, Petavium, alioſque infinitos. Judicium quoque de ſingulis præcedentium ſubjicere ſuperſedeo, quia id quilibet jam per ſe facile præſtare poterit.

XV. Zwingerus Theatr. tom. IV. p. 4012 ſcribit, *Cæſarem (anno U. C.* 708 *ſecundum Dionem, h. e.* 44 *Chriſti) intercalaſſe non tantum inter Novembrem & Decembrem duos menſes, unum* 29, *alterum* 30 *dierum, ſed etiam Decembri menſem* 30 *dierum ſubjunxiſſe, imitatum ὀκταετηρίδα.* Sed qui acetum habet in pectore, facile animadvertet, non tantum hæc, ſed etiam omnia fere, quæ ibidem de annis & temporibus traduntur, magna reformatione indigere.

## Caput XVI.

### *Quid ſint Epactæ, Numerus Aureus, Cyclus Solaris & Indictio? Et an Numerus aureus inſtitutus ſit à Jul. Cæſare?*

I. EPactæ, Græcè Ἐπάκται ſive ἐπαγόμεναι, ſcil. ἡμέραι, ſunt dies intro-

 ductæ

ductæ (ab ἐπάγω, introduco) ſive dies intercalares; & hoc nomine appellantur;

1. Apud Ægyptios dies illi, qui in anno ſupererant ſupra dies 360; ut ſuperius oſtendimus.

2. Apud Judæos, Græcos, & Romanos & nos hodie XI dies illi, qui in anno ſolari plures ſunt quam in lunari. Solaris enim annus eſt dierum 365: Lunaris vero 354. Belgæ illos vocant *Den ſleutel des Jaers*.

3. Non autem ſemper numero 11 recenſentur, ſed etiam conjunctim plures, ut apud Garcæum de Numa: *Ut autem hi anni utrinque congruerent ad ſolis periodum, intercalationem eam inſtituit, ut alternis annis, propter epactas 22 dies menſem intercalarem, alternis 23 dierum adjiceret propter quadrantem, qui in anno ſolari redundat, &c.* Hic nominat 22 Epactas quia loquitur de duobus annis, nam bis 11 faciunt 22. qui efficiunt Merkedonium parem.

4. Keckermannus bene diſtinguit inter Epactas & Epagomenas: nam illi *Epactæ* ſunt dies, explentes defectum anni lunaris. *Epagomenæ* autem illi ſunt dies

dies omnes, qui in explendis deficientibus annorum ſpatiis apud quaſcunque gentes adjici ſolent; ut 5 illi apud Ægyptios, &c.

5. Probe autem notandum; Epactarum uſum eſſe veterem & novum. Vetus eſt, qui obtinuit in anno Pompiliano, ubi ex illis componebantur Merkedonii & 90 dies, ut ſuperius oſtendimus. Novus eſt, qui obtinet in anno Juliano; non ab ipſo Julio inſtitutus, ſed (ſecundum Scaligerum p. 234 & in indice) nuperus & à Chriſtianis excogitatus. Hunc itaque uſum etiam ex præcipuis quibuſdam Mathematicis demonſtrabimus.

6. Origanus Ephemeridum ſuarum p. 22. illas deſcribit hoc modo: (unde etiam Keckermannus & Alſtedius mutuò ſumſerunt: quæ omninò cognoſcenda ſunt vel propterea, quia in Calendariis noſtris quotannis adhuc nominantur Epactæ, & Numerus aureus, Indictio Romana, & Cyclus Solaris.) „*Epactæ*
„ nihil aliud ſunt, quam exceſſus, quo
„ annus ſolaris ſuperat lunarem, h. e.
„ ſunt 11 dies, quibus annus ſolaris com-
„ munis dierum 365 ſuperat annum lu-
„ narem communem dierum 354. (con-

„ fer Scal. p. 778.) Quia verò exceſſus
„ hic accumulatus, in aliquot annis, in
„ immenſum excreſcere poſſet, niſi ter-
„ minus conſtitueretur, ultra quem E-
„ pactæ non eſſent extendendæ; ſcien-
„ dum eſt, nullum Epactarum nume-
„ rum habere plures dies, quam 30.
„ Cum enim Epactæ inventæ ſint ad
„ hunc uſum, ut aureo numero non
„ monſtrante novilunia, plenilunia at-
„ que ætates lunæ, tum ipſæ Epactæ
„ hoc munus præſtent; cumque nulla
„ ætas lunæ 30 dies excedat, Epactæ
„ etiam non poſſunt admittere plures
„ dies quam 30. Hinc quando ad nu-
„ merum tricenarium pervenitur, in-
„ tercalatio inſtituitur, & annus Em-
„ boliſmalis ſive intercalaris fit men-
„ ſium lunarium 13, quo ita lunaris an-
„ ni numeratio conveniat ſolari. Reſi-
„ duum autem ultra 30 Epactas, reſer-
„ vatur, & anni ſequentis Epactis ad-
„ jungitur.
„ Cæterum modus inveniendi Epa-
„ ctas beneficio aurei numeri ad quod-
„ vis propoſitum tempus in Calendario
„ veteri hic eſt: Multiplica aureum nu-
„ merum per 11: productum divide per

„ 30: tum reſiduum poſt diviſionem „ monſtrabit tibi Epactas anni propoſiti. „ In novo Calendario ſive ſtylo modus inquiſitionis hic eſt: Cum aureo „ numero conſulatur tabula Epactarum „ accommodata tempori propoſito: & „ numeri Epactales ſubſcripti aureo numero „ inde eximantur. Verum, ut aureus numerus fallit, ita etiam Epactæ „ fallunt: & quia hiſce temporibus nullum „ ferè habent uſum, à pleriſque Ephemeridum „ ſcriptoribus negliguntur „ in Calendario novo; licet Epactæ „ emendationem ſuſtinuerint, tamen „ ad noviluniorum terminos oſtendendos „ languidiſſimæ deprehenduntur, „ cum rariſſimè veris noviluniis congruant. „ Conferenti enim in Ephemeridibus „ novilunia cum Epactis, ſæpiſſimè „ diſcrepantia unius diei, aliquando „ etiam bidui ſeſe offert. Vide, ſis, etiam Iſidorum lib. VI. cap. 17. & Gyraldum p. 128. & 131. ubi Cycli figura exſtat, ad inveniendas cujuſque anni Epactas aptiſſima.

II. Numerus *aureus* dicitur Cyclus Paſchalis (Scaligero p. 234. Cyclus Lunaris) decemnovenalis, vel *propter præ-*

*ſtantiam* ejus, quod ſine ullo labore lectoris terminum Paſchalem & novilunia in Calendario oſtenderet tempore Diocletiani & Conſtantini Magni; ſive (quod veriſimilius) *quia auro notaretur in faſtis*. Ita Scaliger lib. 3 canonum Iſagogicorum. Keckermannus vero ita:
„ Græcorum Cyclus lunaris dicitur decemnovenalis, & eſt revolutio periodica annorum 19, qua lunationes (h. e. Novilunia, plenilunia & quadraturæ) ad principia ſua redeunt. Novemdecim annorum intervallo caput Draconis periodum ſuam complet, unde originem ſuam cyclus hic novenalis traxit. Inventus eſt hic Cyclus à Metone, Pauſaniæ filio, unde & *annus Metonicus* appellatur. Veteres exigebant rationem Solis ad Lunam, credebantque omnium lunarium motuum diverſitatem ſpatio 19 annorum in ſuum circulum redire. Dicitur hic Cyclus *aureus numerus*, quia Athenienſes eum aureis numeris in foro præfigebant; quod idem Romani poſtea fecerunt, qui aureis numeris poſtea novilunia indicabant in Calendariis ſuis. Etſi vero veteres putarent, omnium

„ omnium lunationum diverſitatem
„ ſpatio 19 annorum in circulum redire,
„ tamen poſterior ætas deprehendit, in-
„ tra 19 annos lunationes anticipare in-
„ tegra hora & 30 minutis. Origanus p. 17. adhuc alias cauſas adfert, quare hic cyclus vocetur *aureus*; nempe, vel, quod, ſicut auro omnia ſunt venalia; ita etiam per hunc numerum in Eccleſia reperiantur omnia feſta mobilia; imo quod hujus beneficio conjunctiones & oppoſitiones luminarium olim quæſiverint: vel, quod *Alexandrini*, rerum cœleſtium inveſtigatores optimi, varias ac multiplices lunæ peragrationes, *ad Romanos, tum temporis rerum dominos, in tabella quadam argentea, aureis ſcriptas literis, miſerint*: unde edocti ſint Romani, lunares aſpectus ad ſolem invenire. Pag. autem 18 dicit, hodie illum numerum potius *nominari debere plumbeum*, propterea quod non præſtet id, ad quod primum excogitatus & inventus ſit. Non
„ enim adhibetur hodie ad lunationes
„ indicandas: nec hodiè feſta mobilia
„ accuratè oſtendere valet. Quam mul-
„ tum enim in celebratione Paſchatis,
„ quod feſtum baſis eſt & fundamentum

omnium

„ omnium mobilium feſtorum, à con-
„ ſtitutione & mandato Dei, quod ha-
„ betur Exod. 12, aberremus, experien-
„ tia, quæ interdum una, interdum qua-
„ tuor, vel etiam quinque hebdomadi-
„ bus tardius à nobis Paſcha, quam par
„ erat, celebrari, luculenter docet. Vide etiam infra cap. 18 n. 3. ubi verba Thuani.

III. Cyclus ſolaris nihil aliud eſt, quam revolutio 28 annorum, quibus *literæ Dominicalis mutatio* in Cyclum redit. Dicitur Cyclus Solaris, non quod ſolis motum oſtendat, ſed quod ejus beneficio literam Dominicalem cognoſcamus, per quam *diem dominicum*, *quo ſol dominatur*, ſcimus. Sicut ergo prior cyclus dictus eſt lunaris ab officio, quia monſtrat lunationes: ita hic dicitur ſolaris, *quia comprehendit omnem varietatem literæ dominicalis ſive ſolaris*, quæ ex biſſexto oritur. Varietas enim hæc in quovis ſeptennio ad principium ſuum rediret, niſi anni biſſextiles quarto quovis anno obſtarent: illi enim majorem varietatem producunt, quæ numero ſeptenario quater multiplicato explicatur. Vid. Origanum p. 19.

Dantur etiam *alii cycli annorum:* ut cy-
clus

clus ille annorum 24, continens tres o-ctaëterides ſive ter octonos annos, quibus Græci intercalabant 90 dies, ut ſuperius oſtendimus. Livius vocat *plena annorum omnium ſpacia*. Sic Octaëteris vocatur cyclus octo annorum. Vid. Kecker. Syſt. Aſtronom. lib. 2. cap. ultimo, ubi egregiè diſtinxit cyclum in lunarem & ſolarem; & utrumque iterum in magnum & parvum. Major Solaris eſt ille annorum v.g. 532. Vid. ibid. Keck. mihi p. 693.

IV. Indictionem denique quod attinet, de ea ſic breviter, ſed ſolidè Origanus p. 22. „ Indictio Romana ſeu *Cyclus* „ *Indictionalis*, eſt ſpatium 15 annorum; „ quod olim monſtravit annum, quo „ Romanis tributa ferri ſolebant; & ſi- „ mul etiam indicavit, quotus eſſet an- „ nus poſt tributorum ſolutionem. Cum „ enim Romani dominarentur univerſo „ ferè orbi terrarum, terraſque remotio- „ res ſibi feciſſent tributarias; *Octavius* „ *Auguſtus, tertio ante nativitatem Do-* „ *mini anno, præcepit*, ut illi qui in re- „ motioribus locis degerent, ob difficul- „ tatem itinerum, exacto demum luſtro „ ſeu quinquennio tributum ſolverent; „ ac in fine primi quinquennii *aurum* af-

fer-

„ ferrent, ad dominationis typum; in fi-
„ ne ſecundi *argentum*, ad ſtipendia mi-
„ litum; in fine tertii *æs & ferrum* ad ar-
„ morum reparationem. Neve hæc ip-
„ ſorum conſtitutio facilè ex hominum
„ memoria laberetur, ſanxerunt Impe-
„ ratores, atque etiam poſtea Pontifices
„ Romani, nullum inſtrumentum à No-
„ tariis publicis confectum, ſtabile & fir-
„ mum habendum eſſe, niſi anno Indi-
„ ctionis determinatum eſſet; quod &
„ hiſce temporibus obſervari ſolet. *Inci-*
„ *pit autem Cyclus Indictionis ex Impera-*
„ *torum ſententia* 24 *die Septembris*; quo
„ tempore ob maturitatem frugum opti-
„ mè ſolvi poſſunt tributa: *At ex Ponti-*
„ *ficum decreto tunc demum, quando &*
„ *anni Nativitatis Chriſti mutari ſolent.*
„ Unde tabelliones Imperiales mutant
„ Indictiones die 24 Septembris. Ta-
„ belliones Imperiales verò Pontificiâ
„ auctoritate fungentes, in curia Roma-
„ ni Pontificis mutant Indictiones poſt
„ tres demum menſes, ut patet ex actis
„ Concilii Conſtantienſis, in quibus mu-
„ tatur annus Domini, & Indictio ſimul.
„ Quod ſi nunc ſcire volueris, quem nu-
„ merum Indictionis propoſitus annus

„ in

„ in utroque Calendario contineat: Ad-
„ de primo ad annos Chriſti ternarium,
„ ſiquidem natus eſt Chriſtus anno quar-
„ to Cycli Indictionis, fuitque anno
„ Domini primo Indictio 4, & anno ſe-
„ cundo Indictio 5 &c. Poſt productum
„ divide per 15, & oſtendit quotiens re-
„ volutiones hujus Cycli, reſiduum ve-
„ rò numerum Indictionis Romanæ.
„ Quod ſi nihil remanſerit, totus Cy-
„ clus Indictionis, Indictionem indica-
„ bit. Veluti proponitur annus Chriſti
„ currens 1595, cujus Indictio quæren-
„ da eſt. Primum ego huic numero 3 ad-
„ do, poſt productum per 15 divido: Et
„ emergunt in quotiente 106 revolutio-
„ nes hujus Cycli: relinquuntur verò 8,
„ quæ ſunt numerus Indictionis propo-
„ ſiti anni. *Gyraldus* p. 32. ita de his ſcri-
„ bit: Sunt & Indictiones hoc præſertim
„ tempore in uſu, cum primis apud pu-
„ blicos Scribas & Notarios: dictæ, ut
„ nonnulli exiſtimant, ab eo, quod Ro-
„ mani cum rerum potirentur, tributum
„ ſubjectis nationibus indicebant; etiam,
„ ante Chriſti adventum inſtitutæ: quip-
„ pe, ut ſcribit Dionyſius in ſuo calculo,
„ tum quarta agebatur indictio, cum ip-

ſe

„ ſe natus eſt Chriſtus, quod & Bedas
„ repetit. Sunt qui Auguſtum Cæſarem
„ ſcribunt indictiones primum inſtituiſ-
„ ſe, Olympiade 194, anno ejus primo,
„ incipiente octavo Cal. Octobris, h. e.
„ 24 Septembris, quo etiam tempore
„ Olympiadum anni initium habere tra-
„ duntur. Indictiones vero XV anno-
„ rum circuitu in ſua ſemper veſtigia re-
„ ducuntur, quas antiqua Romanorum
„ induſtria comperimus ad cavendum
„ errorem, qui de temporibus forte obo-
„ riri poterat, inſtitutas. Dum enim,
„ verbi cauſa, quilibet Imperator me-
„ dio anni tempore vita vel regno dece-
„ deret, poterat evenire ut ad eundem
„ annum unus hiſtoricus ejuſdem regis
„ adſcriberet temporibus, eo quod ejus
„ partem regnaret: alter vero hiſtoricus
„ eundem ſucceſſori illius potius adſcri-
„ bendum putaret, eo quod & hic par-
„ tem æque ejus haberet in regno. Ve-
„ rum ne per ejuſmodi diſſonantiam er-
„ ror temporibus oboriretur, ſtatuerunt
„ Indictiones, quibus uterque ſcriptor,
„ imo etiam vulgus, omnem temporum
„ curſum facillime ſervaret: quas pro
„ facilitate quoque calculi, XV eſſe vo-
lue-

„ luerunt, ut planiſſimo numero ex de-
„ nario & ſemis ad multiplicandum
„ promptiſſimo, compendioſius tranſa-
„ cti temporis ſtatus in memoriam poſſit
„ reduci. Quidam autem putant, quia
„ quondam in Rep. poſt cenſum quinto
„ quoque anno peractum urbs Roma
„ luſtrabatur, ad indicium ternæ luſtra-
„ tionis & cenſus, Indictiones eſſe con-
„ ditas. Fortunatianus Conſultus Afer,
„ cujus Hieronymus, & ab eo Sophro-
„ nius meminere, qui rationem Indi-
„ ctionum conſcribit, nullam hujus rei
„ mentionem facit. Mirum & Iſidorum
„ ne verbum quidem de Indictione fe-
„ ciſſe. Sunt tamen ex Eccleſiaſticis
„ ſcriptoribus, qui rem ita tradant: Ro-
„ manos, ajunt, cum non facile ex lon-
„ ginquis regionibus poſſent nationes
„ Romam venire ad tributa ſolvenda,
„ ſtatuiſſe, quod ſingulis ſaltem luſtris
„ ea deferrent: & primo quidem luſtro
„ ferrum, ſecundo argentum, tertio au-
„ rum. Et quoniam ſemper ab auro ad
„ ferrum redibant, ideo Indictiones XV
„ annorum inſtitutas, qui circulus quaſi
„ quidam eſſet. Qua de re cum vetuſtos
„ auctores non habeam, qui hoc tradant,

„ ejus rei fides ſit penes ſcriptores Eccle-
„ ſiæ. Indictiones autem Imperialis au-
„ ctoritatis incipiunt ab VIII Calend. O-
„ ctobris, & eodem die terminantur, h.
„ e. 24. Septembris. Qui vero Roma-
„ norum Pontificum auctoritate nitun-
„ tur, VIII Cal. Januarii eas inceptant,
„ ut conveniant cum annis nativitatis
„ Chriſti: ea autem ratione ſcribit Am-
„ broſius, quod menſis September apud
„ pleroſque, & inprimis Ægyptios, an-
„ ni ſit principium. De hac Indictione rariora multo reperies apud Scal. p. 501. & ſeqq. ubi ait, eam Græce vocari ἐπινέμησιν, h. e. largitionem; quod Imperatores celebraturi Quinquennalia, remitterent aut tollerent tributa. Item eſſe triplicem; Cæſaream Germanicam à 24. Septembris; Cæſaream Conſtantinopolitanam à Kal. Septembris; & Pontificiam Romanam à Kal. Januarii.

V. Denique de Numero Aureo diſputatio reſtat, an ille à Julio Cæſare inventus & Calendario additus fuerit? R.

1. Plerique hoc vulgo affirmant; uti inter alios Keckermannus lib. II. Syſtem. Aſtronom. cap. IV. ita ſcribens: *Ne autem lunationum atque adeo novilunio-*

*rum*

*rum ratio negligeretur, Calendarium ſuum ſic informavit Julius, ut numerum quendam, Ægyptiis atque Græcis uſitatum, notis aureis in eo pingi curaret, qui numerus indicium eſſet noviluniorum perpetuo currentium & recurrentium; & qui numerus, propter notam auream in Calendario Cæſaris pictam, aureus numerus vocabatur, & adhuc vocatur. Et hoc fuit neceſſarium, quia menſis lunaris non ſemper eſt ejuſdem quantitatis; ſiquidem luna non ſemper eodem die, poſt conjunctionem cum ſole apparet: aliquando nempe ipſo die novilunii, aliquando ſecundo, aliquando tertio, plerunque tamen quarto die.* Et paulo poſt: *Sed per errorem noviluniorum indices à tempore Julii Cæſaris ab ipſis noviluniis receſſerunt quinque dierum ſpacio. Cujus rei cauſa eſt*, &c.

2. Sed illuſtris Scaliger p. 234. poſt exhibitum Calendarii Romani typum plane contrarium ſtatuit: *Dies*, inquiens, *anni Juliani, ut vides in exemplari, notati ſunt per octonarios, uſque ad literam H: quia Romanorum ogdoas in tributione dierum ſervabatur propter Nundinas, ut apud Judæos Hebdomas propter Sabbatum, à quibus nos didicimus. Nam poſt*

 *tem-*

*tempora Theodoſii, imo à temporibus Dionyſii Exigui* (quem p. 161. cyclum ſuum ſcripſiſſe ait anno Chriſti 526.) *Kalendaria Romana in hebdomadas tributa, & cyclus Lunæ in margine appoſitus, quem aureum numerum vocamus, exemplo Calendarii Alexandrini. Antea nondum Kalendariis Julianis annotabatur numerus aureus. Nam plane inventum eſt Chriſtianorum poſt conſeſſum Nicænum: ut ſatis mirari non poſſim doctos viros, qui aſſeverant etiam Epactas à Julio in Kalendario ſuo impreſſas. Diceres eos cum Soſigene in conſilium à Dictatore adhibitos. Quid? nonne doctiſſimus Mathematicus Germanus ſcribit, ſe apud Baronem Germanum vidiſſe commentarium ampliſſimum in aureum numerum C. Cæſaris, eumque commentarium in codice vetuſtiſſimo fuiſſe deſcriptum? Adeo peregrinus eſt in harum rerum origine. Ajunt igitur à C. Cæſare Kalendis Januarii unitatem appoſitam: quia is eſſet primus annus cycli Lunaris Juliani, quod in Kal. illas novilunium concurreret. Sed ne verum quidem, conjunctionem luminarium fuiſſe in Kalendis Januarii primi. Nam, ut in anno Indorum diximus, novilunium non Kal. ut neo-*

*neomenia Muckaram Indici, ſed ſecunda Januarii fuit, feria ſeptima: cujus novilunii character, 7,1,940. Atqui Cæſar non magis novit uſum epactarum, quam hebdomadis Judaicæ. Potuit igitur in faſtis ſuis noviluniorum notas apponere, ut ſtellarum ortus & occaſus, ſed non per enneadecaeteridas. Nam abſque controverſia Paſchatis fuiſſet, quid eſſet cyclus Lunæ, hodie ſolum Judæorum vulgus, & docti duntaxat Chriſtiani ſcirent. Cyclus, inquam, Lunæ Paſchalis hanc methodum nobis peperit, quam fruſtra attribuunt Cæſari. In Chronico Euſebii, anno ſeptimo Juliano annotatur, curſum Lunæ eo tempore deprehenſum fuiſſe. Quid ſit neſcio.*

## Caput XVII.

*Qua poteſtate Cæſar Calendarium correxerit? Cæſarne, an vero Auguſtus Quintilem menſem appellarit Auguſtum, quatuorque illorum ultimorum menſium quantitatem immutarit?*

I. Qua poteſtate Jul. Cæſar correxerit Calendarium; Principaline, an ve-

ro Pontificia? R. Principali potiſſimum uti aſſeverat Clariſſimus Berneggerus ad Suet. in vit. Jul. c. 40. Sed hac de re mox infra agemus latius cap. ſequenti.

II. Cæſarne, an verò Auguſtus Quintilem menſem appellaverit Julium? Macrobius hoc tribuit Jul. Cæſari, ſeu potius ſenatui Romano, Jul. Cæſare adhuc vivente. Sed Adrianus Romanus p. 27. ait id factum eſſe poſt mortem Cæſaris, idque probat ex Cenſorino: atqui is ait, Cæſare V. Coſ. id accidiſſe. Alſtedius etiam Uranoſcopiæ ſuæ parte tertia c. 15, neſcio quâ auctoritate ſcribit, Cæſ. Auguſtum anno 38 poſt correctionem Jul. Cæſaris, menſem Quintilem & Sextilem appellaſſe Julium & Auguſtum. Hoc quomodo ferendum ſit non video, niſi velis hoc intelligere de ſola repetitione & confirmatione appellationis Julii, jam olim à Senatu inſtitutæ. Sed vide ſupra lib. I. cap. VIII.

III. Quis in anno Juliano ultimorum 4 menſium quantitatem immutarit, Cæſarne, an verò Auguſtus? R. Tanta eſt ſententiarum diverſitas, ut, cum librum primum ſcriberem, quo me verterem equidem neſcirem. Quidam audacter ita ſcri-

ſcribunt: *Auguſtus Cæſar, ne Auguſtus menſis brevior fieret Julio, diem unum Februario ademptum menſi ſuo adjecit, ſequentiumque menſium, ut ratio alterna conſtaret, quantitatem permutavit: qualem dierum in menſes diſtributionem hodie etiam ſervamus.* Quis autem unus ille dies Februario ademptus? *vigeſimus nonus* ſcilicet: ita enim dictitarunt paulo ante: *Julius Cæſar ſingulos menſes, excepto Februario, alternis voluit eſſe dierum* 30 *&* 31. *Januario enim dedit dies* 31. *Februario* 29. *Martio* 31. *Sextili* 30. *Septembri* 31. *Octobri* 30. *Novembri* 31. *Decembri* 30. Utinam ſciremus, quibus auctoribus atque magiſtris hæc omnia affirmarent! Nam

1. Quomodo Auguſtus in Februario invenire potuit 29 dies, cum ab ipſo Numa non plures acceperit quam 28?

2. Quomodo Cæſar Auguſtus in ſui honorem attribuere potuit menſi Sextili unum diem, ut ita acciperet 31? Atqui nos ſuperius lib. I. cap. VIII. ex Cenſorino audivimus, Jul. Cæſarem ei adjeciſſe duos dies, ut acciperet 31.

3. Eaque propter, pro anni Juliani typo, ſuperius lib. I. cap. VIII. exhibito,

 cum

cum Roſino, ſecundum fundamenta à nobis ex Cenſorino allata, potius talem damus.

*Typus anni à Jul. Cæſare correcti.*

| | | |
|---|---|---|
| 1. | Januarius | XXXI. |
| 2. | Februarius | XXVIII. |
| 3. | Martius | XXXI. |
| 4. | Aprilis | XXX. |
| 5. | Majus | XXXI. |
| 6. | Junius | XXX. |
| 7. | Quintilis ſive Julius | XXXI. |
| 8. | Sextilis | XXXI. |
| 9. | September | XXX. |
| 10. | October | XXXI. |
| 11. | November | XXX. |
| 12. | December | XXXI. |
| | | CCCLXV. |

Quibus poſitis, cadunt etiam illa quæ cap. IX. Num. III monueramus: nam in Juliano typo nihil mutavit Cæſar Auguſtus, niſi forte nomen *Sextilis* in nomen *Auguſti*. Quocirca etiam, ut hic libellus ſibi ipſi ſit conſentaneus, conſilium erit, ut in iterata olim, ſi Deus volet, editione pro priori typo hic potius, lib. I. cap. VIII exhibeatur.

## Caput XVIII.

*An correctio Calendarii ſit muneris Pontificii, an vero Imperatorii? Quæ olim turbæ exortæ fuerint ex correctione Gregorii; præſertim Auguſtæ Vindelicorum? Quorum opera in emendando Calendario uſus fuerit Gregorius? Quinam illud defenderint, & qui oppugnarint? Quinam præterea de illo ſcribant?*

I. An correctio Calendarii ſit muneris Pontificii, an vero Imperatorii? adeoque an Gregorius jus habuerit corrigendi Calendarium, an vero non? R. Graviſſima hæc eſt quæſtio mota anno 1582, & necdum eſt deciſa: nam licet multi tum ſcripſerint pro Pontifice, alii tamen innumeri contra ipſum ſcripſerunt, probantes graviſſimis argumentis, hoc juris eſſe Imperatorii. Berneggerus ad Suet. locum modo prædictum ita ſcribit: *Faſtos ergo (quæ Kalendaria vulgo) corrigere, judicio noſtri auctoris (nempe Suetonii)*

*ordinandæ Reipublicæ, proindeque Principalis potius quam Pontificii muneris pars eſt. Id quod nec noſtris temporibus ignorarunt ii, qui correctioni Calendarii à P. M. Gregorio* XIII *ſuſceptæ reſtiterunt. Qua de re juvat illum quidem longiuſculum, ſed memorabilem nec ab re alienum, Livii Gallici (ſc. Jacobi Thuani) locum annotare.* Cum Auguſtus ſeptemvir (inquit) „ intellexiſſet, in Imperii Comitiis a- „ ctum iri de Calendarii promulgatione, „ diligenter ad Wilhelmum Heſſorum „ Principem ea de re ſcripſerat. Is ſum- „ mæ non ſolum ob prudentiam & ani- „ mi æquitatem inter Proteſtantes au- „ ctoritatis, ſed ob raram in tantæ digni- „ tatis viro harum rerum peritiam con- „ ſultus, reſponderat; Non tam de re ip- „ ſa conſultationem eſſe, quam de rei „ peragendæ modo. Nam in eo negotio „ Cæſaris & Sacri Imperii auctoritatem „ & exiſtimationem verti, quam cum in- „ dies Pontifex dolis ac machinis con- „ vellere nitatur, non committendum „ eſſe, ut ipſi rem ad ejus dignitatem, at- „ que adeo Majeſtatem tantoperè perti- „ nentem neglexiſſe videantur. Anni, „ qui nunc ab omnibus nationibus obſer-

va-

„ vatur, rationem à Cajo Jul. Cæſare
„ inſtitutam eſſe: dein Car. Magnum,
„ Imperii in Occcidente conditorem, &
„ Calendarium ipſum & nomina men-
„ ſium Teutonica lingua Germanis de-
„ diſſe. Canonem vero Concilii Nicæni
„ de Paſchali celebratione, non Ponti-
„ ficis Romani, qui ea poteſtate ac au-
„ ctoritate, quam nunc ſibi vindicat, mi-
„ nimè tum fuerit, ſed communi Con-
„ ſtantini Cæſaris, qui Synodo præfue-
„ rit, & Patrum decreto, conditum eſſe.
„ Concilia verò ipſa non à Pontifice, ſed
„ ab Imperatoribus Romanis indici ſo-
„ lita. Sicuti Conſtantienſe Cæſar Si-
„ giſmundus, recenti adhuc hominum
„ memoria, indixerit: & jus conſtituen-
„ di non ſolum Epiſcopos in Germania,
„ ſed etiam Pontificem Romanum pe-
„ nes Cæſarem, & poſt Caroli M. tem-
„ pora uſque ad Otthonem I. & dein-
„ ceps uſque ad Gregor. VII. Pontificis
„ ætatem fuiſſe. Cavendum igitur, ne
„ Calendarii, quod correctione indigere,
„ minimè inficias eat, emendandi præ-
„ textu, novam & inuſitatam Pontifici
„ in Imperii majeſtatem ac Cæſarem ip-
„ ſum, juriſdictionem & mandandi po-
te-

„ teſtatem tribuant; præſertim cum in-
„ conſulto Cæſare, & non requiſito Im-
„ perii Principum ac Ordinum conſen-
„ ſu, res tanta à Pontifice ſuſcepta ſit.
„ Placere igitur, ut ante omnia delibere-
„ tur, ad quem anni, quem ab omnibus
„ nationibus eadem forma recipi, publi-
„ ci commercii maximè intereſt, emen-
„ dandi, & paſſim promulgandi jus per-
„ tineat: tum de re ipſâ, de qua minimè
„ cum Lilio conveniat, facilem fore diſ-
„ quiſitionem &c: Hæc Thuanus: quibus adde Matth. Stephanum tractatu de juriſdictione lib. 3. c. 1. part. 3. Num. 42. & ſeqq. Sed ipſa formalia verba epiſtolæ Lantgravianæ exſtant apud Emanuelem à Meteren, in anno 1582. fol. 212.

II. Quænam turbæ hinc ſecutæ? R. Omninò hic etiam notandæ ſunt maximæ commotiones & turbæ, occaſione hujus novi Calendarii Pontificii exortæ in variis orbis terrarum partibus, & quidem inprimis Auguſtæ Vindelicorum. Nam ita ſcribit Mellificium Hiſtoricum p. 873.
„ His rationibus ab Haſſo inſtructus
„ Saxo, cum prolixâ oratione habitâ in-
„ tercederet, & nemo Principum aut
„ civitatum, Auguſtanam confeſſionem
am-

„ amplectentium Calendarium in Germaniam accipere vellet, Cæſar negotium diſtulit, & veterem formam hactenus uſurpatam, in Cameræ judiciis eo anno, 82 videlicet, ſervari jubet. Renovata tamen eſt de Calendario Gregoriano intra biennium contentio: quod cum Cæſar anno 83, ac cæteri Principes, majorum religioni addicti, per ſuas ditiones promulgaſſent, Auguſtæ Vindelicorum à Proteſtantibus nondum receptum fuerat: ii quidem, cum illud ab adverſa ſenatus parte urgeretur, mandatum à Camera Spirenſi impetraverant, quo veteris Calendarii uſus exemplo cæterarum Auguſtanæ confeſſionis Eccleſiarum ſociarum, ipſis relinquebatur. Inſtabat nihilominus Senatus, & nihil ſe contra religionis pacem moliri proteſtans; tamen incommoda ac lites ex diverſitate ea in eadem civitate orituras cauſabatur, ad quas vitandas Calendarium communi omnium bono recipi debere contendebat. Itaque & contrarium ſuperiori judicium à Camera Majo proximo impetravit; quo in urbe promulgato, Proteſtantes interceſſerunt

„ ipſi

„ ipſi ferventibus Comitiis, & Georg.
„ Milius Theologus, Paſtorum urbis
„ Præſes, porrecto Senatui ſcripto, o-
„ ſtendit; in civilibus decretis ſe parere
„ ubique paratos, in iis, quæ ad religio-
„ nem ſpectant, ſe nullam obedientiæ
„ Pontifici Romano præſtandæ ſignifi-
„ cationem præbere poſſe; & ut facto id
„ probarent Paſtores, die 24 Maji pro con-
„ cione feſtum Aſcenſionis quatriduo
„ poſt celebrandum auditoribus ſuis de-
„ nunciarunt; quod uno menſe ante alii
„ jam peregerant. Qua denunciatione
„ exaſperatus Senatus, Milio non audi-
„ to officium ac ſtipendium circa meri-
„ diem renunciat, eumque extra urbem
„ deduci jubet. Decretum, ut adverſæ
„ parti videbatur, violentum contrariâ
„ violentiâ impeditum eſt; Proteſtan-
„ tibus per urbem tumultuaria arma
„ corripientibus, & ad portam accur-
„ rentibus, ubi Milium currui impoſi-
„ tum lictoribus eripiunt. Creſcente
„ tumultu, Paſtores ipſi, Senatus jam
„ pœnitentis rogatu, vim inhibent: tan-
„ demque Wittenbergici vicini ac fœ-
„ derati Principis, & Ulmenſis Senatus
„ legatorum interventu, ita res compo-

„ ſita

„ ſita eſt, ut abolitâ utrinque præterito-
„ rum memoriâ, & ſalvâ Religionis pa-
„ ce, Calendarium ab utraque parte, ad
„ vitanda commercii publici incommo-
„ da reciperetur; quod ne præjudicium
„ cauſæ Proteſtantium faceret, liceret
„ eorum Paſtoribus ex Ambone ſolen-
„ nem proteſtationem prælegere, quâ in
„ Euangelii doctrinâ, quam hactenus
„ profeſſi eſſent, nihil mutare, aut nihil
„ mutaturos eſſe; nec ut Pontifici Ro-
„ mano, ſed ut Cæſareæ Majeſtati, &
„ civili Magiſtratui obtemperent, Calen-
„ darium ſe cum aliis civibus in eadem
„ urbe ſervaturos eſſe teſtarentur. Ne-
„ que verò hic tantum tumultuatum eſt,
„ ſed & paſſim; tum verò apud Rigen-
„ ſes, ut ſuo loco dicetur. Id ſuum Ca-
„ lendarium Pontifex Imperatori, Re-
„ gibus & Principibus introducendum
„ obtrudit, bullâ iſta verba tenente:
„ *Mandamus igitur tibi, fili Rudolphe*
„ *&c: cum annexa pœna excommunica-*
„ *tionis ni pareret aut tardaret.* Gravius
„ etiam Archiepiſcopis, Epiſcopis, Præ-
„ latis, totique ordini id imperat, cum
„ iſthac appendice: *Si opus fuerit, adhi-*
„ *bito etiam brachii ſecularis auxilio:*

*præ-*

„ *præfixis annis* 82, 3, 4, 5, *quibus ſingu-*
„ *lis demerentur dies deni, iique inter*
„ *quartum & quintum decimum Octobris.*
„ Arguebant hinc Proteſtantes Ponti-
„ ficem characteris Antichriſtiani, qui
„ vel invitis omnibus notum faceret, ſe
„ non Petri,ſed Conſtantini Magni ſuc-
„ ceſſorem eſſe. Neque id adeo mirum,
„ cum divus Bernhardus ſplendorem
„ Paparum enumerans, ad Eugenium
„ prius dixerit: *In hac ſucceſſiſti non Pe-*
„ *tro, ſed Conſtantino, & occupata urbe,*
„ *& conſtitutis tribus, Moguntino Ger-*
„ *manis, Trevirenſi Galliæ, ac Colonien-*
„ *ſi Italiæ Cancellariis, & temporibus le-*
„ *gibuſque mutatis*; quod poſtremum è
„ Danielis prophetia depromptum.
„ Diſceptationibus tamen ea materia
„ ſubjacebat; dum alii eam inter adio-
„ phora, quæ in utramque partem acci-
„ pi poſſent, aſſumunt; alii diverſum pro-
„ ferunt. Arguebatur minus accurata
„ emendatio Calendarii, quæ ſaltem ad
„ Concilium Nicænum receſſiſſet; mul-
„ tis tamen probatur, & politicè, & a-
„ ſtronomicè, ſed nihil minus quam ec-
„ cleſiaſticè. Sic igitur cum Pontifex per
„ legatum in aula Cæſaris, ubique in
Ger-

„ Germania recipi & uſurpari Calendarium urgeret, Cæſar, in Regno Bohemiæ & Auſtriacis, cæteriſque ſuis ditionibus hæreditariis illud inſtituit, & ſervari voluit anno 84. Obſtitere tamen alii motus graviſſimi, quo minus Calendarii gratiâ bellum exardeſceret.

III. Quorum opera Gregorius XIII (antea Hugo Boncampagnus dictus, Juris utriuſque doctrina clariſſimus, & Profeſſor Bononienſis) correctionem ſuam perfecit? R.

Ita de hac re ſcribit Mellificium Hiſtoricum:(poſtquam narraſſet quam multæ & variæ deliberationes hac de re habitæ eſſent) Interim Pontifex, qui ad ſacræ ſedis auctoritatem pertinere exiſtimaret, ne quis alius hoc negotium ſuſciperet, quanquam exquiſitis aliorum Principum ſententiis in hoc invigilabat, ut quicquid de ea re ſtatueretur, à ſe, non ab alio proficiſci videretur. Itaque Antonii Lilii Medici ſuggeſtione, rationem olim in Calendarii emendatione ab Aloyſio fratre initam, & exiguo volumine comprohenſam, ſibi amplectendam duxit, quam & ad Chriſtianos Principes ac celebriores

„ Academias tranſmittendam curavit, „ ut res, quæ communis omnium eſſe „ debet, communi etiam omnium con- „ ſilio perſpiceretur. Hæc autem à Lilio „ ratio inita eſt, ut anno decem dies, qui „ excreverant, eximerentur. Cum au- „ tem annus ſolaris ſit 365 dierum, lu- „ naris 354, differentia utriuſque eſt 11 „ dierum, qui dicuntur Epactæ primi „ anni: ſecundo anno erunt bis unde- „ cim, hoc eſt, viginti duorum: tertio „ debebunt eſſe 33, ſed auferendus men- „ ſis 30 dierum, & relinquuntur tres E- „ pactæ; & ita ſemper incrementa 12 „ dierum, & deminutione 30 dierum, & „ relinquentur tres Epactæ, & ita ſem- „ per incremento 12 dierum, & demi- „ nutione 30, ubi opus erit, uſque ad 19 „ annos progrediendum erit. Nam Cy- „ clus lunæ periodus eſt 19 annorum, „ quæ periodus 19 annorum alias dici- „ tur aureus numerus, ut à Cenſorino „ annus Metonicus; quo intervallo luna „ putatur redire ad illud punctum cum „ Sole, à quo primum digreſſa erat. Li- „ lius itaque auferendo decem, qui ſu- „ pra ſolis rationem excreverant, exe- „ mit quoque totidem dies ex Epactis.

Præ-

„ Præterea in ratione Solis cum qua-
„ dringentis annis tria biſſexta eximen-
„ da ſunt, ipſe Lilius Pitatum ſecutus,
„ poſt primum centenarium unum biſ-
„ ſextum exemit, poſt ſecundum alte-
„ rum, poſt tertium ultimum. Poſtre-
„ mum centenarium jubet ſine biſſexto
„ tranſigi ultimo, ita ut à fine tertii ad fi-
„ nem quinti unum tantum biſſextum
„ eximatur. Quæ ratio, quaſi tam in ſo-
„ le, quam in luna vitioſa, à multis re-
„ jecta eſt, nempe ex depravato ſolis &
„ lunæ Cyclo deducta, unde ſequi ne-
„ ceſſe ſit, ut ſæpiſſimè Paſcha præpo-
„ ſterè celebretur, & in errorem Quarto-
„ decimanorum aliquando incurratur,
„ qui Paſcha in plenilunio ex inſtituto
„ celebrabant, ſicuti pluribus diſputavit
„ literatorum ſui ſeculi Princeps Joſe-
„ phus Scaliger, in illo admirando, &
„ ad omnem æternitatem victuro opere,
„ quod de emendatione temporum
„ compoſuit. Hæc Thuanus. Origanus
autem pag. ſua 15 ita ſcribit: „ Ad tol-
„ lendos igitur errores, qui ex anni Ju-
„ liani nimia magnitudine provenerunt,
„ Antonius Lilius & Aloyſius fratres
„ Germani Umbriaticenſes, ex Petri Pi-

„ tati Veronenſis libro, quem de Paſcha-
„ lis ſolennitatis recognitione ad Pium
„ Quartum Pontificem & Concilium
„ Tridentinum ſcripſit, anni quantita-
„ tem auctoritate Gregorii XIII Ponti-
„ ficis maximi emendarunt, & notas an-
„ norum vulgatas nonnihil correxe-
„ runt. Fecerunt autem magnitudinem
„ anni dierum 365, horarum 5, minuto-
„ rum 49, ſecundorum 12 &c.

IV. Quinam defenderunt? R. Chriſtophorus Clavius Ieſuita Romanus celeberrimus & Franciſcus Vieta libellorum ſupplicum magiſter in Gallia, teſte Thuano. Apud Wolfium Tom. II. p. 944. præterea recenſentur hi: Hugolinus Martellus, Epiſcopus Clandatenſis, Johannes Raſſius anno 1582. Theodorus Graminæus 1582. Johannes Buſæus, frater Johannes Naſs. Leonardus Straub, Leonardus Thurneiſſer in libro Alchimiæ magno, Antonius Maginus, Patavinus Aſtronomus; Petrus Roeſt 1585. Jacobus Hornſteyn 1596. Adamus Suinarſki, Bartholomæus Scultetus, Jacobus Cuno, Michaël Eichler, Cyriacus item Spangenbergius de eo diſputat tanquam de opere politico in utramque partem.

Vide hic etiam Thuanum loco ſuperius citato.

V. Quinam illud Calendarium Gregorianum oppugnarunt? R. Teſte Wolphio loco prædicto Lambertus Floridus Plieningenſis, alio nomine Eliſæus Röſling anno 1583. Marcus Volmarius, Michaël Mœſtlinus, Profeſſor Tubingenſis anno 1583. Hermannus Witekindus anno 1583. Tobias Moller 1583 & 1585. Georgius Cæſius, Martinus Chemnitius, anno 1584. Georgius Muller Eccleſiaſtes Auguſtanus 1584. Ludovicus Hemboldus 1584. Jacobus Heerbrandus, & Martinus Curbinus 1585. Joſephus Scaliger & Johannes Scheyeling, 1584. Caſpar Fugger, 1584. Lucas Oſiander, 1585. Henricus Buntingius rejecit etiam hanc correctionem Gregorii in Chronologia ſua ob cauſas graviſſimas ſeptendecim: inter alia accommodans iſtuc notam illam Antichriſti Dan. 7:25. *Verba adverſus excelſum loquetur, ac ſanctos excelſorum deteret: adeo ut cogitet ſe mutaturum tempora & jus, tradanturque per manum ejus uſque ad tempus & tempora particulamque temporis.*

VI. Quinam præterea ſcribunt de

Calendario Gregoriano? R. Præter jam ſuperius dictos Conradus Dietericus, in Breviario ſuo de Pontificibus Romanis pag. 401. citat præterea Petavium in Ratiocinario temporum lib. 1. c. 1. Beſoldum Theſaur. pract. verb. *Calender.* Melfuhr. Vindic. Euang. Dec. 1. Diſp. VII. Th. 1. & ſequentibus. Menochium 2. Arb. Jud. quæſt. caſ. 50. num. 4. Carriere tractatu de computo fol. 647. Addatur Gaſpar Schottus in curſu Mathematico.

VII. An calendarium Gregorianum vel Aſtronomis, vel Theologis vel Politicis ſatisfaciat? R. Negant utique Alſtedius Syſtem. Polit. c. 8. & Chriſtianus Matthiæ in Theatro ſuo Hiſt. pag. 112. quos vide ſis.